

SEX.

AURELIUS VI-
CTOR DE VIRIS IL-LUSTRIBVS VRBIS ROMAЕ.
LIBER falso haectenus Corn. Nepoti vel C.
Plinio Cæcilio inscriptus.ANNO A
CAPTA
TROIÆ.*Proca rex Albanorum.*

CAPVT I.

Non comparet in m.
f. opr. Aur. VIII. Hi-
storia Romana à
Proca fere, Græcè à
Nino auspicantur,
Orsius lib. 11. ca.
11. & lib. 1. ca. 1.
& CCCXXCIX.



ROCA rex Albanorum Amu-
lium, & Numitorem filios ha-
buit, quibus regnum annuis vi-
cibus habendum^a reliquit; & vt
alternis imperarent: sed Amu-
lius fratri imperium non dedit:

& vt eum subole priuaret, Rheam Siluiã filiam
eius, Vestæ sacerdotem præfecit: vt virginitate
perpetua teneretur: quæ à Marte compressa, Ro-
mulum & Remum^b edidit. Amulius ipsam in
vincula compegit: paruulos in Tiberim abiecit:
quos aqua in sicco reliquit. Ad vagitum lupa ac-
currit, eósq; vberibus suis aluit: Mox Faustu-
lus pastor collectos Accæ Laurentiæ cõiugi edu-
candos dedit. Qui postea, Amulio interfecto,
Numitori auo regnum^c restituerunt: ipsi pastori-
bus adunatis ciuitatem^d condiderunt: quam Ro-
mulus augurio victor, quòd ipse XII. Remus
VI. vultures viderat, Romam vocauit: & vt eam
prius legibus, quàm mœnibus muniret; edixit ne

quis

CDXV.

CDXXXII.

d Olym. VII.
Anno I. ex a.
d. XI. Kal.
Maij. qui vrbis
natalis, vallis
dictus.

quis vallum transiliret : quod Remus irridens, transiliuit, & à Fabio Celere Centurione rutro fertur occisus.

Romulus Romanorum rex I.

2 ROMVLVS asyllum conuenis patefecit, & magno exercitu facto, cū videret cōiugia deesse, per legatos à finitimis ciuitatibus petijt. Quibus negatis, ludos^b Consualia simulauit: ad quos cū vtriusque sexus multitudo venisset, dato suis signo virgines raptæ sunt: ex quibus cū vna pulcherrima cum magna omnium admiratione duceretur, Thalassio eam duci responsum. Quæ nuptiæ quia feliciter cesserunt, institutum est vt omnibus in nuptijs Thalassij nomen inuocaretur. cū feminas ergo finitimorum Romani rapuissent, primi Cæninenses contra eos bellum sumserunt. Aduersus quos Romulus processit, & exercitum eorum, ac ducem Acronem singulari prælio^c deuicit. Spolia opima Ioui Feretrio in Capitolio consecrauit. [Antemnates, ^d Crustumini, Fidenates, Veientes,] Sabini etiam ob raptas bellum aduersus Romanos sumserunt. Et cū Romæ appropinquarent, Tarpeiam virginem nacti, quæ^e aquæ, causa sacrorum, hauitendæ descenderat, ei T. Tatius optionem muneris dedit, si exercitum suum in Capitolium produxisset: Illa petijt quod illi in sinistris manibus gerebant, videlicet anulos & armillas. quibus dolosè repromissis, Sabinos in arcem perduxit, vbi Titus scutis eam obrui præcepit. nam & ea in læuis habuerant. Romulus aduersus Tatium, qui montem Tarpeium tenebat, processit: & in eo loco

ANNO VR-
BIS CON-
DITAE.

21.

1111.

11V.

d Ex vet. c. addit.
in vulg. absunt.

e vulg. quæ aquæ
causa sacrorum
gratia haur. leg.
quæ aquæ sacro-
rum gratia haur.
Alterum enim
superfluum.

loco vbi nunc Romanum forum est, pugnam
 conferuit: ibi^a Hostus Hostilius fortissimè dimi-
 cans cecidit: cuius interitū consternati Romani
 fugere cœperunt. Tunc Romulus Ioui Statori
 ædem vouit, & exercitus seu^b forte, seu diuinitus
 restitit. Tunc raptæ in medium processerunt: &
 hinc patres, inde coniuges deprecata, pacem cõ-
 ciliarunt. Romulus fœdus percussit, & Sabinos
 in urbem recepit: populum à Curibus opido Sa-
 binorum Quirites vocauit. Centum Senatores,
 à pietate Patres appellauit. Tres equitū centu-
 rias instituit, quas à suo nomine Ramnenses, à
 Tito Tatio Tatienses, à Lucumone^d Lucres ap-
 pellauit. Plebem in triginta curias distribuit, eas-
 que raptarum nominibus appellauit. Cũ ad Ca-
 præ paludem exercitum lustraret, ^e nusquam
 comparuit: vnde inter Patres & populum sedi-
 tione orta, Iulius Proculus vir nobilis, in concio-
 nem processit, & iureiurando firmavit, Romu-
 lū à se in colle Quirinali visum augustiore for-
 ma, cùm ad deos abiret, eundemque præcipere,
 vt seditionibus abstinerent, virtutem colerent:
 futurum vt omium gentium domini existerent.
 Huius auctoritati creditū est. ædes in colle Qui-
 rinali Romulo constituta, ipse pro Deo cultus, &
 Quirinus est appellatus.

Numa Pompilius Romanorum rex II.

POST consecrationem Romuli, cùm diu^f in-
 terregnum esset, & seditiones orirentur, Numa
 Pompilius^g Pomponis filius, Curibus opido Sa-
 binorum accitus, cùm addicentibus auibus Ro-
 manam venisset, vt populum ferum religione mol-
 liret,

^a Vulg. Hostius male.

^b Sic lex. ex m. ff. & inf. cap. VII. seu forte seu fraude. Vulg. exercitui seu forte.

VIII.

^c Vulg. ab ætate. Uet. cod. Centumq; ex senioribus elegit, quorum consilio omnia gereret, quos à senectute Senatores: Patres à pietate nominauit. Equitum. à Luci communiōne. res m. ff. e XXXVII. Imp. XXVIII.

^f Vulg. interregno seditiones. male. & dissensionem ex ut. legi malim: nulla enim seditionis orta. Plutarch. Interregnum Ann. I. ^g Vulg. Pomponij. & max. adducen- bus ciuibus. vi-

liret, sacra plurima instituit: adē Vestæ fecit, virgines Vestales legit; Flamines tres, Dialelem, Martialem, Quirinalē: Saliōs Martis sacerdotes, quorum primus Præsul vocatur, XII. instituit. Pontificem Maximum creauit. *^a Portas Iano gemino ædificauit. *^b Annum in XII. menses distribuit, additis Ianuario & Februario. Leges quoque plurimas^c & vtiles [tulit:]^d omnia [quæ gerebat,] iussu Egeriæ nymphæ, vxoris suæ, se facere simulans. Ob hanc tantam iustitiam bellum ei nemo intulit. Morbo solutus^e in Ianiculo sepultus est, vbi post multos^f annos arcula^g cum libris à Terentio quodam exarata: qui libri quia leueis quasdam sacrorum causas continebant, ex auctoritate Patrum cremati sunt.

Tullus Hostilius Romanorum rex III.

4 TULLVS Hostilius, ^a quia bonam operam aduersum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellū Albanis indixit, quod trigeminorum certatione finiuit, & Albam propter perfidiam ducis Metij Fufetij^b diruit. Albanos Romam transire iussit. Curiam Hostiliam constituit. Montem Cælium vrbi addidit. Et dum Numam Pompilium sacrificijs imitatur, Ioui Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia^c conflagrauit.

Horatij & Curiatij.

QVVM inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hostilio & Fufetio, placuit rem paucorum^d certatione finire. Erant apud Romanos trigemini Horatij, tres apud Albanos Curiatij, quibus fœdère icto concurrentibus, statim duo Romanorum ceciderūt, tres Albanorum

de Notis. Plant.
Afinar. Impetri-
 tū, inauguratū
 quouis admit-
 tunt aues.
 a XLIII.
 b XLII.
 c v. c. plures &
 vtiles. rectius.
 d Ex m. f. Pulmā-
 ni & antiquitus
 excusis.
 e XXXI.
 Imp. XLIII.
 f DLXXIII.
 g. scrinia & extra
 lta. Nō placet. Vix
 enim ē XII.
 Tab. apud vestum,
 Qui Terminum
 exarasset. & Cic.
 2. de leg. & de di-
 uinat. de Tage. &
 l. 4. D. de finib. reo-
 gundis.

a fort. quia autem
 eius bonam oper-
 sup. cap. 1. aliquid
 aut opus. &c.

b XXXV.

c CXIII.
 Imp. XXXII.

d vulg. certamina
 vi. & imp.

*a Vul. vt vulnerū
erat dolor interf.*

banorum vulnerati. Vnus Horatius quamuis integer, quia tribus impar erat, fugam simulauit, & singulos per interualla, ^c vt vulnere dolor patiebatur, insequentes, interfecit. Et cum spolijs onustus rediret, sororem obuiam habuit, quæ viso paludamento sponsi sui, qui vnus ex Curiatijis erat, flere cœpit: frater eam occidit. Qua re apud Duumuiros condemnatus, ad populum prouocauit: vbi * patriis lacrymis condonatus, ab eo expiandi gratia sub tigillum missus, quod nunc quoque viâ suppositum, Sororium appellatur.

*Vulg. patris
De Tigillo vestus
Pompæus.*

e Metius Fufetius.

METIVS Fufetius dux Albanorum, cum se inuidiosum apud ciueis videret, quod bellum sola trigeminorum certatione finisset, vt rem corrigeret, Veientes & Fidenates aduersum Romanos incitauit. Ipse ab Tullo in auxilium arcessitus, aciem in collem subduxit, vt fortunam [belli ^f experiretur ac] sequeretur. Qua re Tullus intellecta, magna voce ait, suo illud iussu Metium facere. Quare hostes territi victique sunt. Postera die Metius cum ad gratulandum Tullo venisset, iussu ipsius quadrigis religatus, & in diuersa ^b distractus est.

f absunt à m. ff.

*g Varro de vita
pop. Rom. i. apud
Donium Distrac-
here.*

Ancus Marcius Romanorum rex IIII.

ANCVS Marcius Numæ Pöpilij ex filia nepos, æquitate & religione auo similis, Latinos bello ^a domuit. Auentinum & ^b Ianiculum monteis vrbi addidit. Noua mœnia opido circumdedit. Siluas ad vsu nauium publicauit. ^c Salinarum vectigal instituit. Carcerem primus ædificauit: Ostiam coloniam, maritimis com meatibus opportunam,

a CXVII.

*b & Murtium y.
vi. ff. legunt. vide
vestum. linarium
a al. Sa*

portunam, in ostia Tiberis ^d deduxit. Ius feciale, ^{d CXXVII.}
 quo legati ad res repetundas vterentur, ab Æqui- ^{q. l. in ostio}
 culis transtulit: quod primus fertur ^e Rhesus ex- ^{vulg. Hesus.}
 cogitasse. His rebus intra paucos dies confectis, ^{f CXXXVII.}
 immatura morte ^f præreptus, non potuit præsta- ^{Imper. XXIV.}
 re, qualem promiserat, regem.

6. *L. Tarquinius Priscus Romanorum rex V.*

LVCIVS Tarquinius Priscus ^a Damarati Co- ^{a Vulg. Lucumo}
 rinthij filius, eius qui Cypseli tyrannidem fugiēs, ^{Græci Demara-}
 in Etruriam commigrauit. Ipse Lucumo dictus, ^{thi filius, Corin-}
 vrbe Tarquinijs ^b profectus Romam petijt. Ad- ^{thi tyr. fug. Depra-}
 uenienti aquila pileum sustulit: & cūm altè sub- ^{uasc. Pro Corin-}
 uolasset, reposuit. Tanaquil coniux, auguriorum ^{thi alu Cypseli.}
 perita, regnum ei portendi intellexit. Tarquinius ^{Vide Notas.}
 pecunia & industria dignitatem, atque etiam ^{b Vulg. profugus:}
 Anci regis familiaritatem consecutus est. à quo ^{q d vrbe ex ora in}
 tutor liberis relictus, regnum intercepit, & ita ad- ^{ordinem irrepfit.}
 ministravit, quasi iure adeptus fuisset. Centum
 Patres in Curiam legit, qui minorum gentium
 sunt appellati. Equitum centurias numero du-
 plicauit: nomina mutare non potuit, Accij Nauij
 auguris auctoritate deterritus, qui fidem artis suę
 nouacula & cote firmavit. Latinos bello domuit.
 Circum maximum ædificauit. Ludos magnos
 instituit. De Sabinis & Priscis Latinis ^c trium- ^{c CLXXI.}
 phauit. Murū lapideum vrbi circumdedit. Filiū
 X I I . annorum, quòd in prælio hostem percul-
 sisset, prætexta & bulla donauit: vnde hæc inge-
 nuorum puerorum insignia esse cœperunt. Post
 ab Anci liberis, immixtis percussoribus, ^d per do- ^{d CLXXV.}
 lum ^e regia excitus & interfectus est. ^{Imp. XXXVIII}
^{e sic H. ff. 2.}
^{vulg. regno exutu}

D

SERVIUS

a M. ff. 2. Spuril
vel Tullij Corni-
cularij & Ocretia
al. Ocratia. Vide
vestum in Notas.
b viii v. C.

SE RVIVS Tullius ^a P. Corniculani, & Ocri-
sæ captivæ filius, cum in domo Tarquinij Prisci
educaretur, flammæ species caput eius amplexa
est. Hoc ^b viso Tanaquil summam ei dignitatem
portendi intellexit. Coniugi suasit vt ita eum, vt
liberos suos, educaret. Cumque adoleuisset, ge-
ner à Tarquinio assumtus est: Et cum rex occisus
esset, Tanaquil (ex altiore loco) ad populum de-
spiciens, ait Priscum Tarquinium graui quidem,
sed non letali vulnere accepto, petere vt interim
dum conualescit, Seruio Tullio ^c dicto audien-
tes essent. Seruius Tullius quasi precariò regnare
cœpit: sed rectè imperiũ administravit. Etruscos
sæpe ^d domuit: collem Quirinalem & Viminalem
& Esquilias vrbi ^e addidit: Aggerem, fossasque
fecit. Populum in quatuor tribus ^f distribuit, ac
post plebi distribuit annonam: mensuras, ponde-
ra, classes, centuriasque constituit. [Primus om-
nium censum ^g ordinavit, qui adhuc per orbem
terrarum incognitus erat:] Latinorum populis
persuasit, vt exemplo eorum qui Dianæ Ephesæ
ædem fecissent, & ipsi ædem Dianæ in Auentino
ædificarent: Quo ^h factò, bos cuidam Latino mi-
ræ magnitudinis nata, & responsum somnio da-
tum, eum populum summam imperij habitu-
rum, ⁱ cuius cuius bouem illam immolasset. La-
tinus bouem in Auentinum egit, & causam sa-
cerdoti Romano exposuit. Ille callidus, dixit
prius eum viuo flumine manus abluere debere.
Latinus dum ad Tiberim descendit, sacerdos bo-
uem immolauit. Ita imperium ciuibus, sibi glo-
riam

c dicto, ex m. ff. al.
dicto obaud. &
max fort. Ita Ser-
uius Tull.

d CLXXIX.
CXXXII.
e CXXXVI. Post
ac fossam q. l.
f CXXXCVII.
Male hac vulgo
interpunguntur.

g CXXXCVII.
Ex m. ff. addidi
de Censu.

h Quo effecto, bos
quædam. m. f.

i Vng. qui prius

tiam facto consilioque vindicauit.

Tullia.

SERVIVS Tullius filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cum Tarquinij^k Prisci filios pari animo videret, vt omnium mētes morum diuersitate leniret, ferocem^l miti, mitem feroci in matrimonium dedit. Sed mites seu forte, seu fraude perierunt: feroces, morum similitudo coniunxit. Statim Tarquinius Superbus à Tullia incitatus, aduocato Senatū regnum paternum repetere cœpit. Quare audita Seruius, dum ad Curiam properat, iussu Tarquinij gradibus deiectus, & domum refugiens, ^m interfectus est. Tullia in forum properauit, & prima coniugem regem salutauit, ⁿ à quo iussa è turba decedere, cum domum rediret, viso patris corpore, milionem euitantem, super ipsum corpus carpentum agere præcepit: vnde vicus ille, Sceleratus dictus est. Postea Tullia cum coninge in exsilium acta.

8 *Tarquinius Superbus Romanorum rex VII.*

TARQUINIUS Superbus cognomen moribus meruit. Occiso Seruio Tullio regnum sceleratè occupauit: tamen bello strenuus, Latinos Sabinosque domuit; Suessam Pometiam * Volscis eripuit: Gabios per Sextū filium, simulatō transugio, in potestatem redegit: & ferias Latinas primus instituit. Locos ^a in Circo, & cloacā maximā fecit, vbi totius populi viribus vsus est. vnde illæ fossæ, Quiritium sunt dictæ. Cum Capitolium inciperet, caput hominis ^b inuenit: vnde cognitū est, eam urbem caput gentium futuram: & cum in ^c obsidio Ardeæ filius eius Lucretiæ stuprum

D 2

intulisset,

^k Superbi, male in vulgatis.

^l M. ff. morum simplici, mitè fe. & mox reg. patris sed nihil demus.

^m CCXIX. Imp. XLIII.

ⁿ à qua iussa turba recedere. *Vulg. non probo m. f. vni è à quo missa turba, discedens, dū do.*

^{*} Sic vet. lib. *Vulg. Heerustis*

^a M. ff. 2. Ludos *Vulg. Lacus. neutrum placet.*

^b CCXLIII.

^c *Vulg. obfidione*

d CCXLIV.

Imp. XXV.

e M. f. recuperare

intulisset, cū eo in exsilium^d actus, ad Porsennam Etruriæ regem confugit : cuius ope regnū^e retinere tentauit. Pulsus, Cumas concessit : vbi per summā ignomiā^f reliquū vitæ^f tempus exegit.

f Mor. CCLIX.

g. l. cum summa

ignominia.

L. Tarquinius Collatinus, & Lucretia vxor. 9

TARQUINIUS Collatinus sorore Tarquinij Superbi genitus, in contubernio iuuenum regiorum Ardeæ erat : vbi cūm fortè in liberiore conuiuio coniugem suam vnusquisque laudaret, placuit experiri. Itaque equis Romam petunt. Regias nurus in conuiuio & luxu deprehendūt, exinde Collatiam petunt; Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt, itaque ea pudicissima iudicatur. Ad quam corrupendam Tarquinius Sextus nocte Collatiam redijt, & iure propinquitatis in domum Collatini venit, & in cubiculum Lucretiæ irrupit, pudicitiam expugnauit. Illa postero die aduocatis patre & coniuge, rem exposuit; & se cultro, quem veste texerat, occidit. Illi in exitium regum coniurarunt, eorūque exsilio necem Lucretiæ vindicauerunt.

Iunius Brutus I. Romanorum Consul.

10

L. I V N I V S Brutus sorore Tarquinij Superbi genitus, cūm eandem fortunam timeret in quam frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiam fuerat ab auunculo occisus, stultitiam finxit, vnde Brutus dictus. Iuuenibus regiis Delphos euntibus deridiculi gratia comes adscitus, baculo sambuceo aurum infusum Deo donum tulit. Vbi responsum est, eum Romæ summam potestatem habiturum, qui primus matrem oscularetur: ipse terram osculatus est. Deinde propter Lucretiæ stuprum,

stuprum, cum Tricipitino & Collatino in exitiū Regum cōiuravit. Quibus in exsilium actis, primus Consul creatus, ^a filios suos, ^b fratrisq; quòd ^a CCXLV. ^b dicit in M. f. 2. cum Aquiliis & Vitelliis ad recipiendum in urbem Tarquinius coniurauerant, virgis cæsos securi percussit. Deinde in prælio, quod aduersus eos gerebat, singulari certamine cū Arunte filio Tarquinij congressus est, vbi ambo mutuis vulneribus ^c ceciderunt. Cuius corpus in foro positum, ^c CCXLV. à collega laudatū, matronæ anno luxerūt.

11

Horatius Cocles.

PORSENNA * rex Etruscorū, cū Tarquinius in urbem restituere tentaret, & primo impetu Ianiculum cepisset; Horatius Cocles (illo cognomine, quòd in alio prælio oculum amiserat) pro ponte sublicio stetit, & aciem hostiū solus sustinuit, donec pons à tergo interrumpetur, cum quo statim in Tiberim decidit, & armatus ad suos transfauit. Ob hoc ei tātum agri publicè datum est, quantum vno die circumarari potuisset: statua quoque ei in Vulcanali posita.

al. porfena. seruius in VIII. Aen. CCXLVI.

12

Mutius Scauula.

CVM Porsenna rex urbem obsideret, Mutius Cordus, vir Romanæ constantiæ, Senatū adiit, & veniam transfugiendi petiit, necem regis repromittens. Accepta potestate, in castra Porsennæ venit, ibique purpuratum pro rege, deceptus, occidit. Apprehensus, & ad regem pertractus, dexteram aris imposuit: hoc supplicij à rea * exigens, quòd in cæde peccasset. Vnde cū misericordia regis abstraheretur, quasi beneficium referens, ait, trecentos aduersus eum simileis con-

* sic m. ff. vulg. ab ea Mari. Hæc spectare manum Porsenna non potuit. Mox, distraheretur. q. l.

D 3

iurasse.

CCXLVI.

iurasse. Qua re ille territus, bellum acceptis obfidibus deposuit. Mutio prata trans Tiberim data, ab eo Mutia appellata. Statua quoque ei honoris gratia constituta est.

Clælia virgo.

13

CCXLVI.

vulg. fors.

m. ff. delegit

PORSENNA Clæliam virginem nobilem inter obsides accepit: quæ, deceptis custodibus, noctu castris eius egressa, equum quem * fors dederat, arripuit, & Tiberim traiecit. A Porfenna per legatos repetita, & reddita. Cuius ille virtutem admiratus, cum quibus optasset in patriam redire, permisit: Illa virgines puerosque * elegit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam sciebat. Huic statua equestris in foro posita.

Fabij trecentifex.

14

a CCLXXIV.

b & perfecit. Trecenti. v. c. pro obpinuit, forte.

c in conspectum illi pratulerunt alij legunt.

d CCLXXVI. occisione, q. l.

ROMANI cum aduersum Veientes^a bellarent, eos sibi hosteis familia Fabiorum priuato nomine depoposcit: & profecti^b trecentifex, duce Fabio Consule, fuerunt. Cum sæpe victores exstitissent, apud Cremeram fluuium castra posuerunt. Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in^c conspectu illorum posuerunt: ad quæ progressi Fabij, in insidias delapsi, ad vnum occisione^d perierunt. Dies quo id factum est, inter nefastos relatus. Porta qua profecti fuerant, Scelerata est appellata. Vnus ex ea gente propter impuberem ætatem domi relictus, genus propagauit ad Q. Fabium Maximum, qui Annibalem mora fregit, Cuctator ab obtrektoribus dictus.

*P. Valerius * Poplicola.*

15

* vulg. Publicola, is Volenti est in antiquo lapide Romæ.
a CCXLV.
b CCL.

PVBLIVS Valerius, Volusi filius, primùm de Veientibus, iterùm de Sabinis, b tertio de vtrisque gentibus

gentibus triumphauit: Hic, quia in locum Bruti collegæ^c Consulem non subrogauerat, & domum in Velia turissimo loco habebat; in suspiciōem regni affectati^d venit. Quo cognito, apud populum questus, quod de se tale aliquid timuissent; immisit qui domum suam diruerent. Secures etiam fascibus densit, eosque in populi concione submisit. Legem de prouocatione à magistratibus ad populum tulit. hinc Poplicola dictus. Qui cum [quater Consul] diem^e obiisset, [adeò pauper exstitit, vt collectis à populo nummis] publicè sepultus sit, & annuo matronarum luctu honoratus.

^c M. ff. 2. Consulē alium subroga: & absque negatione vulg. Al. quia locum Tricipitini collegæ subroga- uerat.
^d CCXLV.

^e CCLI.
f. [] Ex. ff.

16

A. Postumius.

TARQUINIUS eiectus, ad^a Mamiliū Tullianum generum suum^b confugit, qui cum Latio concitato Romanos grauius vrgeret, A. Postumius Dictator^c dictus, apud Regilli lacū cum hostibus conflixit. Vbi cum^d victoria nutaret, Magister equitum equis frenos detrahi iussit, vt irreuocabili impetu ferrentur: vbi & aciem Latinorum fuderunt, & castra ceperunt. Sed inter eos duo iuuenes candidis equis insigni virtute apparuerunt, quos Dictator questus vt dignis muneribus honoraret, non reperit: Castorem & Pollicem ratus, ^e ædem communi titulo dedicauit.

^a vulg. Manilium.

^b CCXLVII.

^c CCLVII.

^d V. e. victoriam nauiter peteret.

17

L. Quinctius Cincinnatus.

LVCIUS Quinctius Cincinnatus filiū Kæsonem petulantissimū * abdicauit, qui & à Censoribus notatus, ad Volscos & Sabinos confugit, qui duce^a Clælio Graccho bellū aduersum Romanos gerebant, & Q. Minucium consulem in

^e Deest in vulg. V. r. aras eis comm.

* Atqui nondum Abdicatio indultæ erat, & Censores nondum in Rep. Romana.

^a Ἐπιχειροῖται igitur vulg. Cælio. M. ff. melius.

D 4 Algido

b CXCXV.

e Sic perpetuo m.
ff. nostri.

d CCCXIV.

e Hala, vniig.

Algido monte cum exercitu^b obsidebant. Quintus Dictator dictus, ad quē missi legati, nudū eū arantem trans Tiberim offenderunt: qui insignibus sumtis Consulē^c obsidio liberauit. Quare à Minucio & eius exercitu obsidionali corona donatus est. Vicit hosteis: ducem eorum in dedicationem accepit, & triumphi die ante currū egit. Sextodecimo die dictaturam, quam acceperat, deposuit: & ad agriculturam reuersus est. Iterum post viginti annos^d Dictator dictus, Spurium Mælium regnum affectantem, à Seruilio^e Ahala Magistro equitum occidi iussit. Domum eius solo æquauit: vnde locus ille Æquimeliū dictus.

Menenius Agrippa Lanatus.

18

a CCL.

b CCLX.

em. ff. 2. crederent

d Vul. digerere.

CCLX.

MENENIVS Agrippa cognomento Lanatus, dux electus aduersum Sabinos, de iis^a triumphauit. Et cū populus à patribus^b secessisset, quòd tributum & militiam non toleraret, nec reuocari posset, Agrippa apud eum, Olim, inquit, humani artus, cū ventrem otiosum^c cernerent, ab eo discordarunt, & suum illi ministerium negarunt. Cū eo pacto & ipsi deficerent, intellexerunt ventrem acceptos cibos per omnia membra^d differere: & cum eo in gratiam redierunt. Sic Senatus & populus quasi vnum corpus discordia pereunt; concordia valent. Hac fabula populus regressus est. Creauit tamen Tribunos plebis, qui libertatem suam aduersum nobilitatis superbiam defenderent. Menenius autem tanta paupertate decessit, vt eū populus collatis quadrantibus sepeliret, locum sepulcro Senatus publicè daret.

C. Marcins

19

C. Marcins Coriolanus.

CAIVS Marcins, à captis Coriolis vrbe Vol-
scorum Coriolanus dictus : ob egregia * militiae : a rō militiae
facinora à Postumo optionem munerum ^b acci- a fuit in q.m. ff.
piens, equum tantum & hospitem sumfit, virtutis & pietatis exemplum. Hic Consul ^c graui anno. b CCLX.
nona, aduectum è Sicilia frumentum, ^d magno c CCLXII.
pretio dandum populo curauit; vt hac iniuria d Locus vulgo male
plebs agros, non seditiones coleret. Ergo à Tri- interpungitur.
buno pleb. ^e Decio die dicta, ad Volscos ^f concessit; eosque duce ^g Attio Tullo aduersus Romanos concitauit, & ad quartū ab vrbe lapidem castra posuit. Cumque nullis ciuium legationibus flecteretur, à ^h Veturia matre, & Volumnia vxore matronarum numero comitatis motus, omisso bello, ⁱ vt proditor occisus ^k est. ibi templum Fortunæ muliebri constitutum est.

a rō militiae
a fuit in q.m. ff.
& vulg. Polthumio.
b CCLX.
c CCLXII.

d Locus vulgo male
interpungitur.

e Decio no. m. ff. 2.
f CCLXIV.
g Tito Tatius. M.
ff. 4. vulg. quid.
Attio vel Actio.

h P. Sutarich. Coriol.
Vei iuniam matrē,
Vei iuniam uxorem
vol. 14.
i vt proditor.
M. ff. 1.
k CCLXV.

20

C. Licinius Stolo.

FABIUS Ambustus ex duabus filiabus alteram Licinio Stoloni * plebeio, alteram Aulo Sulpicio patricio coniugem dedit : quarum plebeia cum sororem salutaret, cuius vir Tribunus militum consulari potestate erat, fasces lictorios foribus appositos indecenter expauit. à sorore irrita, marito quæsta est: qui adiuuante socero, vt primum tribunatum plebis ^b aggressus est, legem tulit, vt alter cōsul ex plebe crearetur. Lex, resistente Appio Claudio, lata tamen: & primus Licinius Stolo consul factus. Idem lege ^c sanciuit, ^d ne cui plebeio plus quingenta ^e iugera agri habere liceret. Et ipse cum iugera quingenta haberet, & altera emancipati filij nomine possideret; in iudicium

a Absit in vulg. male.

b CCCLXXVI.

c legem sciuit. m. ff. al. lege cauit.
d CCCLXXXVII.
e Sic emendauit.
Vulg. plus centum iugera. mox: cum iugera centum quinquaginta hab. male. Notas lege.

D 5

cium

cui vocatus, & primus omnium sua lege punitus est.

L. Virginus Centurio.

21

a CCCII.

POPVLVS Romanus cum seditiosos magistratus ferre non posset, Decemuiros legibus scribendis^a creauit, qui eas ex libris Solonis tralatas, duodecim Tabulis exposuerunt. Sed cum pacto dominationis magistratum sibi prorogarent; vnus ex ipsis Appius Claudius Virginiam, Virginij Centurionis filiam, in Algido militantis admauit: quam cum corrumpere non posset, clientem subornauit,^b qui eam in seruitutem deposceret: facile victurus, cum ipse esset & accusator, & iudex. Pater re cognita, cum^c ipso die iudicijs superuenisset, & filiam iam addictam videret, vltimo eius adloquio impetrato, eam in secretum abduxit, & occidit: corpus eius humeris gerens, ad exercitum profugit, & milites ad vindicandum facinus accendit: qui creatis decem Tribunis, Auentinum occuparunt, Decemuiros abdicare^d se magistratu^e coegerunt, eosque omnes aut morte aut exilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est.

b *Ver. l. qui eam vindex posceret; more l. c. Vindicias secundum seruitutem dare. & sic Iunius. & q. l. cum ipse iudicij die*

d CCCIV.

a *Valg. preceperunt*

Æsculapius Romam aduectus.

22

ROMANI ob pestilentiam responso monente, ad Æsculapium Epidauro^a arcessendum decem legatos principe Q. Ogulnio^b miserunt. Qui cum eo venisset, & simulacrum ingens miraretur, anguis e sedibus suis elapsus, venerabilis, non^c horribilis, per mediam urbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorum perrexit, & se in Ogulnij tabernaculo^d conspirauit, Legati Deum vehentes, Antiu^e proiecti sunt, vbi per^f mollitiem maris, anguis proximum

a *Sic M. ff. om. & max. Oculnio. Vulg. Volumnio. b CDLXII.*

c *M. f. horrendus,*

d *V. c. costipauit. e Vulg. profecti f malitiam m. ff. 2.*

proximum Æsculapij fanum petijt , & post pau-
cos dies ad nauim redijt : & cùm aduerso Tiberi
subueheretur, in ^a proximam insulam defiliuit,
vbi templum ei constitutum : & pestilentia mira
celeritate sedata est.

*Forr. malaciam.
qua vritur Casar 3.
Comm. Gall. & Se-
necta. Lucret lib. 2.
& s. pellaciam
vocat. vide Notas.
g. Vulg. in primâ
sylvam. dupliciter
corrupte. M. ff. se-
quor exigente hi-
storia veritate.*

23

M. Furius Camillus.

FVRIVS Camillus cùm Faliscos ^a obsideret,
ac ludi litterarij magister, Principum filios ad
eum ^b adduxisset, vinctum eum hisdem pueris in
urbem redigendum & verberandum tradidit.
Statim Falisci se ei ob tantam iustitiam dedide-
runt. Veios decenni * obsidio ^c domuit, deque
his triumphauit. Postmodum est crimini da-
tum, quòd albis equis triumphasset, & prædam
iniquè diuississet; die dicta ab L. Appuleio Tri-
buno plebis, ^d dånatus, Ardeam concessit. Mox ^a CCCLXII.

*b Vide Alphij Anitâ
fragm. apud Prisc.
lib. 8. 12. & 13.
Gramm. ex libro
Excellentium vi-
rorum.*

** hieme obsidio
M. ff. 3.
c CCCLVII.*

cùm Galli Senones relictis ob sterilitatem agris
suis, Clusium Etruriæ opidum obsiderent, missi
sunt ^e Roma tres legati, qui Gallos monerent, vt
ab oppugnatione desisterent. Ex his vnus contra
ius gentium in aciem processit, & ducem Seno-
num interfecit. Quo commoti Galli, petitis in
deditionem legatis, nec impetratis, Romam
petierunt, & exercitum Romanum apud A-
liam fluuium ceciderunt, die xvi. Kalen. Au-
gusti : qui dies inter nefastos relatus, ^f Aliensis
dictus. Victores Galli urbem intrauerunt, vbi nobi-
lissimos senum in curulibus & honorum insignibus,
primò vt deos venerati, deinde vt homines despi-
cati, interfecere. Reliqua iuuetus cum Manlio in
Capitolium ^g fugit, vbi obsessa, Camilli virtute ^g CCCLXIII.

*e Romani l. ext.
M. ff. Roma tres
Fabij, qui alij
à Romanis tres
Fabij. Linius lib.
V. Ann. & Quin-
til. lib. III. cap.
V. 111.*

*fVulg. Allienis
Seruium sequor
in VII. Ann.*

liberata

^a seruata M. ff.
omn. & mox reli-
quijs & intern-
tione

^b liberata est: qui absens Dictator dictus, colle-
ctis reliquis, Gallos improuisos internecione oc-
cidit Populū Rō. migrare Veios volentē retinuit.
Sic & opidum ciuibus, & ciueis opido reddidit.

M. Manlius Capitolinus.

24

CCCLXIII.

MANLIUS ob defensum Capitolium Capi-
tolinus ^a dictus, sedecim annorum voluntarium
militem se obtulit. Triginta septem militaribus
donis à suis ducibus ornatus, triginta treis cic-
trices in pectore habuit. Capta vrbe auctor in
Capitolium cōfugiendi fuit. Quadam nocte clan-
gore anseris excitus, Gallos ascendentes deiecit.
Patronus à ciuibus appellatus, & farre donatus
est. ^b Domum etiam in Capitolio publicè acce-
pit. Qua superbia elatus, cū à Senatu suppres-
sisse Gallicos thesauros argueretur, & addictos
propria ^c pecunia liberaret, regni affectati suspi-
cione in carcerem ^d coniectus, populi consensu
liberatus est. Rursus cū in eādē culpa, & gra-
uius perseueraret, reus factus: & ^e ab conspectu
Capitolij ampliatus est. Alio deinde loco dam-
natus, & de saxo Tarpeio ^f præcipitatus: Domus
diruta: bona publicata. Gentilitas eius Manlij
^g cognomen eiurauit, [nequis postea Capitoli-
nus vocaretur.]

A. Cornelius Cossus.

25

FIDENATES ^a Fidei Romanorum hostes, vt
sine spe veniæ fortius dimicarent, legatos ad se
missos interfecerunt: ad quos Quinctius Cincin-
natus Dictator ^b missus Magistrum equitū ha-
buit Cornelium Cossum, qui Larrem Tolum-
nium ducem sua manu interfecit. De eo spolia
^c opima

^d Donum alij.

^e Al. manu. Viri-
que veitum est.
CCCLXIX.

^f Sic m. ff. vulg.
ob conspectum

CCCLXX.

^g In lib. vv. nam
anc. cognomine
iurauit. forè
Manlij nomen
eiurauit, vel præ-
nomen. Vide No-
tas auctorum.
^a M. cod. veteres

CCCXXV.

^a Opima Ioui Feretrio secundus ab Romulo consecrauit. c vide vestim, opima spolia.

26

P. Decius pater.

P. DECIVS MVVS bello Samnitico sub Valerio Maximo & Cornelio Cossio consulibus ^a Tribunus militum; exercitu in angustijs Gauri ^a CDX. montis insidiis hostium clauso, accepto, quod postulauerat, præsidio, in superiorem locum euasit: hosteis terruit. Ipse intempesta nocte per medias custodias somno oppressas incolumis euasit. Ob hoc ab exercitu ciuica coronâ [de quercu, ^b quæ dabatur ei qui ciueis in bello seruasset; obfidionali, quæ dabatur ei qui obsidione ciueis liberasset] donatus est. Consul bello Latino, collega Manlio Torquato, positus apud Veferim fluium castris, cū vtrique consuli somnio obuennisset, eos victores futuros, quorū dux in prælio cecidisset. Tum collato cum collega somnio, cū conuenisset, vt cuius cornu in acie laboraret, dis se Manibus voueret; ^d inclinante sua parte, se & ^d hosteis per Valerium pontificem dis Manibus deuouit. impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit. b Absunt in quibus m. ff. c CDXIII. d Al. Inclinam parte sua

27

P. Decius filius.

PVBLIVS Decius Decij filius, ^a primò Consul de Samnitibus triumphans, spolia ex his Ceteri consecrauit. ^b Iterum & ^c tertio consul, multa domi militiaeque gessit. ^d Quarto consulatu cum Fabio Maximo, cū Galli, Sānites, Vmbri, Tusci contra Romanos conspirassent: ibi exercitu in aciem ducto, & cornu inclinante, exemplū patris imitatus, aduocato M. Liuiio pōtifice, hastæ ^a CDXLI. ^b CDXLIV. ^c CDLVI. ^d CDLVIII.
insistens,

o *Quæ apud Liviũ
lib. VIII. Macrobi.
lib. III. cap. IX.*

insistens, & sollemnia^c verba respondens, se & hostes dis Manibus deuouit. Impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit. Corpus à collega laudatum, magnificè sepultum est.

T. Manlius Torquatus.

28

o *Vulg. Pomponio*

a *M. f. omittere*

b *CCCXCII.*

c *detractam, in-*

duit. Vulg. lib.

d *CDXIII.*

e *CDXIII.*

*FDXLIII. sed
non ad hunc Man-
lium pertinent
ut in Notis dixi.*

TITVS Manlius Torquatus ob ingenij & lingue tarditatè à patre rus relegatus, cū audisset ei diem dictā à * Pompeio Trib. pleb. nocte urbem petiit. Secretum colloquium à Tribuno impetrauit, & gladio stricto^a dimittere eum accusationem terrore multo compulit. Sulpicio^b Dictatore Tribunus militum Gallum prouocatorem occidit. Torquem ei detractum, ceruici suę indidit. Consul bello^d Latino filium suum, quòd cōtra imperium pugnasset, securi percussit: Latinos apud Veferim fluuium, Decij collegæ deuotione^e superauit. [Consulatum recusauit, ^f quòd diceret neque se populi vitia, neque illū feueritatem suam posse sufferre.]

M. Valerius Coruinus.

29

CDIV.

RELIQUIAS Senonū Camillus persequebatur: aduersum ingentem Gallum prouocatorem solus Valerius Trib. militum, omnibus territis, processit. coruus ab ortu solis galeæ eius insedit, & inter pugnandum ora oculosque Galli verberauit. Hoste deuicto, Valerius Coruinus dictus. Hinc, cū ingens multitudo ære alieno oppressa, Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quinctium necessitate compulsam fecisset, sublato ære alieno, seditionem compressit.

CDXI.

o *Vulg. De Pontio
Thelesino.*

** SP. Postumius.*

30

TITVS Veturius, & Spurius Postumius
^a consules

^a cōsules bellū aduersum Samnites gerētes, à Pō-
tio thelesino duce hostiū in insidias inducti sunt:
Nā ille simulatos transfugas misit, qui Romanos
docerent, ^b Luceriam Apulam à Samnitibus ob-
sideri, quò duo itinera ducebant, aliud longius &
tutius; aliud breuius & periculosius : Festinatio
breuius eligit. Itaq; cū in insidias venissent (qui
locus Furculę Caudinę vocabatur) C. Pōtius ac-
citū patrē Herenniū rogauit, quid fieri placeret.
Ille ait, aut omnes occidēdos, vt vires frangerē-
tur; aut omnes dimittēdos, vt beneficio obligarē-
tur. vtroq; improbato cōsilio, omnes sub iugū mi-
sit, ictofcedere, q̄ à Romanis postea ^d improbatū
est. Postumius Sānitibus deditus, nec receptus.

^a CDX) (XII.
In q. l. Caius Ve-
turius.

^b Locus hic aliter
vulgo legitur ut &
inf. sed vest. lib.
sequor.

^c Vulg. ex fa dere
^d CDXXXIII.

31

L. Papius Cursor.

LVCIVS Papius, à velocitate Cursor, cū
^a Dictatorem se aduersis ^b omnibus contra Sam-
nites profectum esse sensisset; ad auspicia ^c repe-
tenda Romam regressus, edixit Fabio ^d Rulliano,
quem exercitui imponebat, ne manum cum ho-
ste confereret. Sed ille opportunitate ductus, pu-
gnauit. Reuersus Papius securi eum ferire vo-
luit: ille in urbem confugit, nec supplicem Tri-
buni tuebantur. Dein pater lacrymis; populus
precibus veniam impetrarunt. Papius de Sam-
nitibus ^e triumphauit. Idem comis ^f & iocorum
studiosus; cū Prenestinum Prætorem grauissi-
mè increpuiſſet, Expedi, inquit, licitor secures. Et
cū eum metu mortis attonitū vidisset; incom-
modam ambulantiſus radicem ^g excindi iuſſit.

^a CDXXXIX.

^b Exc. omnibus
malē.

^c petenda V.c.

^d Rullo m. ff. ali-
quot. Vulg. Ruti-
liano & præpo-
nebat.

^e CDXLIV.

alij, CDXXXIX.

^f Castig. ianiti
huius. atio in No-
tis exponitur.

^g excidi exc. lib.

32

*Q. Fabius * Rullianus.*

QVINCTVS Fabius Rullianus, primus
ex ea fami-

^a Vulg. Rullia-
nus. alij Rullus.

a CDXX IX.
 b Abvnti
 gatis.
 c CDXI XXI.
 d CDXL IV.
 e CDLIII X.
 f CDXLI X.
 g M. ff. trib
 abus

ex ea familia ob virtutem ^a Maximus : Magister
 equitum à Papirio Cursore ^b ob Samnitum vi-
 ctoriam ^c securi pæne percussus , primùm de A-
 pulis & Lucerinis : ^d iterùm de Samnitib. ^e ter-
 tiò de Gallis, Vmbris, Marfis, atque Tuscis triu-
 mphavit. ^f Censor libertinos tribu^g amovit. Iterum
 Censor fieri noluit , dicens non esse ex vsu Rei-
 publicæ eosdem Cēsores sæpius fieri. Hic primus
 instituit, vti Equites Romani Idibus Quinctili-
 bus ab æde Honoris , ^h albis equis insidentes in
 Capitolium transirēt. Mortuo huic tantum æris
 populi liberalitate congestum est , vt inde filius
 viscerationem & ⁱ epulum publicè daret.

* M^o Curius Dentatus.

MANIVS Curius Dentatus primò de Sam-
 nitibus triumphavit, ^a quos vsque ad mare supe-
 rum perpacavit. Regressus, in concione ait: Tan-
 tum agri cepi, vt solitudo futura fuerit, nisi tan-
 tum hominum cepissem; tantum porrò hominũ
 cepi, vt fame perituri fuerint, nisi tantum agri ce-
 pissetem. Iterum de Sabinis ^b triumphavit. Tertiò
 de Lucanis ouans ^c urbem introiuit. Pyrrhum E-
 pirotam Italia ^d expulit. Quaterna ^e dena agri iu-
 gera viritim populo diuisit. sibi deinde totidem
 constituit, dicens neminẽ esse debere ciuem, cui
 non tantum sufficeret. Legatis Samnitum aurum
 offerentibus, cũ ipse in foco ^f rapa torreret : Ma-
 lo, inquit, hæc in fictilibus meis esse , & aurum
 habentibus imperare. Cũ interuersæ pecuniæ
 argueretur, ^g guttum ligneum, quo vti ad sacrifi-
 cia consueuerat, in medium protulit: iurauitque
 se nihil amplius de præda hostili in domũ suam
 conuertisse.

h Tr̄o albis i
 est. Transue
 ce datur, qua
 uinus 4. l. Diu
 Plin. 15. c. 4.
 Aug. 38.
 i Vulg. epul
 male.
 a Vulg. Mar
 contra Fasces
 Capitol.
 a CDLXII I.
 Al. propaga
 Non aque pla
 cet.

b CDLXII I.
 c CDLXII I.
 d CDLXX VIII.
 e Septena ag
 gera, tantum
 lib. 8. c. 3. Vt
 4. c. 3.
 f q. l. rapas
 pam. Seneca
 ἀποκόλοι
 Qui cum R
 possit feru
 rapa vorari
 Mart. XIII. l
 lib. Hæc til
 mali gaude
 frigore rap
 damus in c
 Romulus e
 solet.
 g Sic m. ff. v.
 eadum lign

conuertisse. Aquam^h Anienem deⁱ manubijs hostium in urbem induxit. Tribunus^k plebis patres^l auctores fieri coëgit comitiis, quibus plebeius magistratus creabatur: ob hæc merita domus ei apud^m Tiphatham, & agri iugera quingenta publice data.

^h CDXXCI.
ⁱ Vnig. manibus
^k CDLIII.
^l M. ff. Tribunos
pl. Patres se auctores fieri
^m Tiphatham, lib. vet.
& mox quinquaginta M. ff. omni

34

Appius Claudius Cæcus.

APPIVS Claudius Cæcus in Censura^a libertinos quoque in Senatum^b legit epulandi decantandi que ius tibi cibus in publico ademit. Duæ familię ad Herculis sacra sunt destinata, Potitorium & Pinariorum. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, vt sacra^c Herculea seruos publicos edocerent: vnde cæcatus est: gens Potitorium funditus periit. Ne consulatus cum plebeis communicaretur, acerrimè^d restitit. Ne Fabius solus ad bellum mitteretur, ^e contradixit. Sabinos, Samnites, Etruscos bello domuit. Viam vsque Brundisium lapide strauit: vnde illa Appia dicta. Aquam Anienem in urbem^f induxit. Censuram solus omni quinquennio obtinuit. Cum de pace Pyrrhi^g ageretur, & gratia potentum per legatum Cineam pretio quæreretur: senex & cæcus lectica in Senatum latus, turpissimas conditiones magnifica^h oratione discussit.

^a Sueton. Claudio cap. XXIV.
^b CDXLI.

^c Herculeæ, v. c. Vide sup. de orig. vrbis Romæ.

^d CCCLXXXVIII
^e CDLVIII.

^f CDXLI.

^g CDLXXIII.

^h Ennius. Quis vobis mentes. ceter. Quæ Plutar. Pyrrhus expressit.

35

Pyrrhus Rex Epeiotar.

PIYRRHVVS Rex Epeiotarum paterno genere ab Achille; materno ab Hercule oriundus, cum imperium orbis ageretur & Romanos potentis videret, Apollinem de bello consuluit. Ille ambigüe respondit, Aio te Æacida Romanos vincere posse:

E

Hoc

a CDLXXII.
Vulg. aux. Taren-
tinis venit: bel-
lum Rom.

b CDLXXIII.

c militibus. lib.
ser. & subire

a CDLXXIII.
et CDLXXV.
fort. Viso iterum
Læuini exerc.

f CDLXXVIII.
vide Notas.
g CDLXXV.

h Vulg. elata est

* Non est in vulg.
sed in V. c. Pulm.
Eadem leguntur in
Eutropii lib. 2.
a CDLXXV.
b CDLXXIII.

c Vide Agell. lib. 117
cap. 112. Cicer. 1.
Offic. ceteros.

Hoc dicto in voluntatem tracto, * auxilio Ta-
rentinorum bellum Romanis intulit: Læuinum
Consulem apud Heracléam elefantorum noui-
tate^b turbauit. Cumque Romanos aduersis vul-
neribus occisos videret, Ego, inquit, talibus viris
breui orbem terrarum subigere potuissem. Ami-
cis gratulantibus; Quid mihi cum tali victoria,
inquit, vbi exercitus robur amittam? Ad vicefi-
mum ab vrbe lapidem castra posuit: Captiuos
Fabricio gratis^d reddidit. Viso^e Læuini exercitu,
eandem sibi ait aduersus Romanos, quam Her-
culi aduersus hydram, fuisse fortunam. A Curio
& Fabricio^f superatus, Tarentum refugit: in
Siciliam traiecit. Mox in Italiam Locros regres-
sus, pecuniam Proserpinæ auertere tētavit: sed ea
naufragio^h relata est. Tum in Græciam regressus,
dum Argos oppugnat, ictu regulæ prostratus est.
Corpus ad Antigonum regem Macedonia delat-
tum magnificè sepultum.

* Fabricius.

Pyrrhus cùm secundo prælio à Romanis
esset pulsus Tarentum, interiecto^a anno contra
Pyrrhum Fabricius missus est: qui prius^b inter le-
gatos sollicitari non poterat quarta regni parte
promissa. Cùm vicina castra ipse, & Rex habe-
rent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, pro-
mittens se Pyrrhum veneno occisurum, si sibi
quidquam pollicitaretur: Quem Fabricius^c vin-
ctum reduci iussit ad dominum, Pyrrhóque dici,
quæ contra caput eius medicus spondidisset. Tū
Rex admiratus eum, dixisse fertur: Ille est Fabri-
cius, qui difficilior ab honestate, quam Sol à
suo

fuō cursu auerti posset.

36

* *Decius Mus.*

VOISINI, Etruria nobile opidum, luxuria pænè perierunt: Nam cùm temerè seruos manumitterent, a dein in cutiam legerent, consensu eorum oppressi. Cùm multa indigna paterentur, clam Româ auxiliū petierunt. Misusque b Decius c Mus mox libertinos a omnes superauit, in carcere necauit, aut dominis in seruitutem restituit.

* De Volfinijs
Vulg. lib.a Vulg. dum in c.
l. c. seruorum.b CDXXCIII.
c ali Decimus.
Vulg. Decius
Murena Valerius,
Tatius, Suer. Frontinus. Vide Not.
d omnes aut in
carc. Sic Vulg.

37

Appius Claudius Caudex.

APPIVS Claudius victis Volfiniensibus, cognomento Caudex a dictus, frater Cæci fuit. Consul b ad Mamertinos liberandos missus est, quorum arcem Carthaginenses & Hiero rex Syracusanus obsidebant. Primò c ad explorandos hosteis fretum piscatoria nauis traiecit, & cū duce Carthaginensium egit vt præsidium arce deduceret. Rhegium regressus, quinqueremem hostiū copiis pedestribus cepit: d ea legionem in Sicilia traduxit. Carthaginenses Messana expulit. Hieronem prælio apud Syracusas in ditionē e accepit: qui eo periculo territus, Romanorum amicitiam petijt, iisque postea fidelissimus fuit.

a Seneca de breui
vita cap. XIII.b CDXXCIX.
PRIMUM BEL-
LVM PVNI-
CVM.
c m. ff. Primusd phalangem in
Sic. Vulg. M. f. l.
eaque legationem

e CDXC.

38

C. Duilius.

CAIVS Duilius primo Punico bello dux cōtra Carthaginenses a missus, cùm videret eos multum mari posse, classem validam fabrefecit: & [quas coruos vocauerē], manus ferreas cum irrisu hostium primus instituit, quibus inter pugnandum hostium naucis xxx b apprehendit, xiiii. merisit, qui victi & capti sunt. Annibal c dux

a CDXXCIII.

[Abest in m. ff.]

b. Sic ex m. f. vltim.
vulg. Himdeo
c dux

E 2

classis,

classis, Carthaginem fugit, & à Senatu quæsiuit quid faciendum censerent. Omnibus, vt pugnaret, acclamantibus: Feci, inquit, & victus sum; sic pœnam crucis effugit. Nam apud Pœnos dux malè re gesta puniebatur. Duilio concessum est, vt prælucente funali, & præcinente^d tibicine, à cena publicè rediret.

d Cicero Catone & Valer. lib. 3. cap. 3.

A. Atilius Calatinus.

39

a CDXCV.

b Vulg. Aetna,

c CDXCVI. *sed
dys. op. t. c. 6.
vi alias saepe. Co-
gnomines duo fuere:
quæres sapedictos
fessellit.*

d M. ff. 2. Catinam
vel Cathynam
at. Cecinam.

e Liuius 21. & 22.
Agell. 3. cap. 7.
Plinius 22. c. 6.

ATILIVS Calatinus dux Romanorum aduersus Carthaginienseis^a missus, ex maximis & munitissimis ciuitatibus, ^b Enna, Drepano, Lilybæo, hostilia prædia deiecit. Panormum cepit. [Totam Siciliam^c peruagatus, paucis nauibus magnam hostium classem, duce Amilcare, superauit.] Sed cum ad^d Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, à Pœnis in angustiis clausus est, vbi Tribunus militum Calpurnius^e Flamma acceptis trecentis socijs in superiorem locū euasit, Cōsulem liberauit: ipse cum trecentis pugnās cecidit: postea ab Atilio semianimis inuentus est. Senatus magno postea terrori hostibus fuit. Atilius gloriose^f triumphauit.

f CDXCVI.

M. Atilius Regulus.

40

a CDXXCVI.

b CDXCVII.

c Vulg. quassata
duce Hamilc.

MARCVS Atilius Regulus^a Consul, fufis Sallentinis triumphauit: primusque^b Romanorum ducū in Africam classem traiecit: ^c ea quassata de Amilcare nauis longas treis & sexaginta accepit. Opida ducenta, & hominum ducenta milia cepit. Absente eo, coniugi & liberis ob paupertatē sumtus publicè dati. Mox arte Xanthippi Lacedæmonij mercenarij militis captus in carcerem missus. Legatus de permutandis captiuis Ro-

uis Romam^d missus, dato iureiurando, vt si non impetrasset, ita demum rediret: in Senatu conditionem dissuasit: reiectisque à^e se coniuge & liberis, Carthaginem regressus; vbi in arcam ligneam coniectus, clavis introrsum actis vigiliis ac dolore punitus est.

e v. r. ab amplexu
vide Cic. 3. Offic.
Agell. 6. cap. IV.
Linius XVIII. &
Horat. III. od. V.
mox Vulg. adaētis

41 *C. Lutatius Catulus.*

CAIVS Lutatius Catulus primo Punico bello^a trecētis nauibus aduersum Pœnos profectus, sexcentas eorum nauis commeatibus & aliis oneribus impeditas, duce^b Annone apud Egates, insulas inter Siciliam & Africam, depressit, aut cepit, finemque bello^d imposuit. Pacem petentibus hac conditione concessit, Sicilia, Sardinia, & ceteris insulis intra Italiam Africamque, decederent: Hispania citra Ibêrum flumiū vt abstinerēt.

a DXI.
Ita reposui ex rasis
Capitolinis.
Vulg. Quinctus
Luctatius Cat.
qui in sequ. anno
Consul fuit.
b Vulg. & m. ss. alii
quorū Himilcone
c Ad di ex m. ss.
vide Notas.
d DXII.
belli Puni. primi
XXIV. anno.

42 *Annibal Carthaginensis Dux.*

ANNIBAL Amilcaris filius^a nouem annos natus, à patre aris admotus, odium in Romanos perenne iurauit. Exinde socius & miles in castris patris fuit. Mortuo eo causam belli quærens, Saguntum Romanis fœderatam intra sex menses^b euertit. Tum Alpibus patefactis, in Italiam^c traiecit. P. Scipionem apud Ticinum, ^d Sempronium Longum apud Trebiam: Flaminium^e apud Trasimenum: Paullum & Varronem^f apud Cannas superauit. Cumque Urbem capere posset, in Campaniam deuertit, cuius deliciis elanguit. Et cum ad tertium ab Vrbe lapidē castra^g posuisset, tempestatibus repulsus, primum à^h Fabio Maximoⁱ fractus, deinde à Valerio Flacco repulsus, à Graccho & Marcello fugatus, in^k Africam re-

a Sic Corn. Nepos
in Annib. aliq;
quos in Notis laudo.
Vulg. XI. quod fort.
ex IX. factum.

b DXXXV.
c BELLVM
PUNIC. II.
d I^o XXXV.
e DXXXVI.
f DXXXVII.

g DXLII.
h DXXXVI.
i Vulg. frustratus
male inf. cap. sequ.
& sup. r. a. ca.
k DXXXVIII.
l DLI.

E 3 uocatus

m DLVIII.

uocatus, à Scipione^m superatus, ad Antiochum regem Syriae confugit, eumque hostem Romanis

n DLXIII.

fecit: quoⁿ victo, ad Prusiam Bithyniae regem concessit: vnde Romana legatione per Tit.^o Flamini-

o Est in vet. libro

num repetitus; ne Romanis traderetur, hausto, quod sub anuli gemma habebat, veneno, absum-

p DLXXI.

q in fine Nico-
medensium addit
V, 104.tus^p est, positus apud Libyssam^q in arca lapidea,in qua hodieque inscriptum est, ANNIBAL
HIC SITVS EST.*Q. Fabius Maximus.*

QVINCTVS Fabius Maximus Cunctator:

a Vnde, vt verru-
cosus à verruca
in labris, ita Oui-
cula. vide Serenium
poetam de verruca.
b DXX.
c DXXXVI.Verrucosus à verruca^a in labris sita, Ouicula à clementia morum dictus: Consul^b de Liguribus triumphauit. Annibalem mora^c fregit. Minuciū

Magistrum equitum imperio sibi æquari passus est: nihilominus periclitanti subuenit. Annibalē

in agro Falerno inclusit. Manlium^d Statilium transfugere ad hosteis volentem, equo & armisd Marius Stat.
miss. omni. Marsum
fuisse aut plura.
Eaque, facta & no-
bilem: non nominat
tamen nec Lucanū.

donatis retinuit: & Lucano quidam fortissimo, ob amorem mulieris infrequēti, eandem emtam

dono dedit. Tarentum ab hostibus^e recepit: Herculis signum inde tralatum in Capitolio dedica-uit. De redemptione captiuorū cum hostibus pepigit: f^f quod pactum cum à Senatu improbare-

tur; fundum suum ducentis milibus vendidit, & fidei suæ satisfecit.

e 10XLIV.

f que pactio. vv. l.

*P. Scipio Nasica.*PVB LIVS Scipio Nasica, à Senatu^a vir optimus iudicatus, Matrem Deūm hospitio^b recepit.Is^c cum aduersum auspicia Cōsulē^d se à Graccho nominatum cōperisset, magistratu se abdicauit.Censor^e statuas quas sibi quisque per ambitionē
in foro

a Sic pater fuit.

b 10XLIX.

c Hac filii sunt,
d 10XCI.

e 10XCIII.

in foro ponebat, sustulit. Consul^f Delminiū vrbem Delmatarum expugnauit. Imperatoris nomen à militibus; & ab senatu triumphum oblatum recusauit:^b Eloquentia primus, Iuris scientia consultissimus, ingeniosapientissimus: vnde vulgo Corculum dictus.

f10XCIIIX.

g Confundit historiam nominū, ut sit ambiguitate delectus. Vide Notas.

45

M. Claudius Marcellus.

MARCVS Marcellus Virдумarum Gallorum ducem singulari prælio^a fudit. [Spolia^b optima Ioui Feretrio tertius à Romulo consecrauit. Primus docuit quomodo milites^c cederent, nec terga præberent. Annibalem] apud Nolam, locorum angustia adiutus, vinci^d docuit. Syracusas per treis annos^e expugnauit, Et cū per calumniam triumphus ei à senatu negaretur, de sua sententia in Albano monte triumphauit. Quinques Consul, insidiis Annibalis deceptus occubuit, & magnificè sepultus. Ossa Romam remissa, à prælonibus intercepta perierunt.

a 10XXXI.

b A manu ser. sunt

in vul. desideratur.

Spolia legit apud

Nolam. Hanni-

balem primus

loc. ang.

c Fort. cederent

vel milites eius

cederent.

d DXXXVII.

e 10XLI.

10XLII.

10XLV.

46

Linia Claudia virgo Vestalis.

ANNIBALE Italiam deuastante, ex responso librorum Sibyllinorum, ^a Mater Deūm è Pessinunte ^b arcessita: cū aduerso Tiberi veheretur, re, ètè in alto stetit: & cū moueri nullis viribus posset; ex libris cognitum, castissimæ demum femiæ manu moueri posse. Tum Claudia, virgo Vestalis, falso * incestus suspecta, Deam orauit, vt si iudicam sciret, sequeretur: Et zona imposta nauem mouit. Simulacrum^c Matris Deūm, ^d dū templum ædificatur, Nasicæ, qui vir optimus iudicatur, quasi hospiti datum.

a Alij, matre

b 10XLVIII.

* al. de incestu

c 10XLIX.

d Vulg. matris De-

a adduxit. (al.

aduexit.) Tem-

plum ædificauit

Nasica, qui vir

opt. iudicabatur.

Nos ex fide m. ff.

eam lectionem con-

stitimus.

E 4

M. Por-

M. Porcius Cato Censorius.

MARCVS Porcius Cato, genere Tusculanus, à Valerio Flacco Roman sollicitatus: Tribunus militum in Sicilia: Quæstor^b sub Scipione fortissimus; Prætor^c iustissimus fuit: in prætura Sardiniam subegit, vbi ab Ennio Græcis literis institutus. Consul^d Celtiberos domuit: & ne rebellare possent, literas ad ciuitates singulas misit, vt muros diruerent: Cùm vnaquæque sibi soli imperari putaret, fecerunt. Syriaco bello Tribunus militum^e sub M^o Acilio Glabrione occupatis Thermopylarum iugis, præsidium hostiũ depulit. Censor^f L. Flamininum Consularem senatu mouit, quòd ille in Gallia, ad cuiusdã scorti spectaculum, eductum quendam è carcere, in conuiuio iugulari iussisset. Basilicam suo nomine primus fecit. Matronis, ornamenta erepta^h Oppia lege, repetentibus, restitit. Accusator assiduus malorum, Galbam octogenariusⁱ accusauit; ipse quadragies quater accusatus, gloriosè absolutus. Carthaginem delendam^k censuit. Post octoginta annos filium genuit: Imago huius, funeris gratia produci solet.

C. Claudius Nero, & Asdrubal frater Annibalis.

ASDRUBAL frater Annibalis, ingentibus copiis in Italiam^a traiecit: actumque erat de Romano imperio, si iungere se Annibali potuisset: Sed Claudius Nero, qui in Apulia cum Annibale castra coniunxerat, relicta in castris parte, cum dilectis ad Asdrubalem properauit, & se Liniò collega

a 10 XLV.

b 10 XLIIIX.

c 10 LV.

d 10 LIIIX.

e 10 LXII.

f 10 LXIX.

g 10 LVIII.

h Locus falsa inter-
punctione circum-
fertur, Oppia lege
petentibus, resti-
tuit. in epse, & falso.
i 10 C.

k 10 CIII.

Vide in Notis Ca-
tonis dignitates
per annos Consulares
coetexas.

a 10 XLVI.

collegæ apud Senam opidum & Metaurū flumen coniunxit: ambóque Asdrubalem vicerunt. Nero regressus pari celeritate qua iuerat, caput Asdrubalis ante vallum Annibalis proiecit: Quo ille viso, vinci se Fortuna Carthaginis confessus est. ob hæc Liuius triumphans, Nero ouans, vrbem introierunt.

b Liuius lib. XXVII
Valer. lib. V. Horat. IV. Oda 4.

c Vulg. venerat,

49

P. Cornelius Scipio Africanus.

P V B L I V S Scipio ex virtutibus cognominatus Africanus, Iouis filius^a creditur: nam antequam conciperetur, serpens in lecto matris eius apparuit. & ipsi paruulo draco circumfusus, nihil nocuit. In Capitoliū intempesta nocte^b eunti numquam canes allatruerunt. Nec hic quidquā prius cœpit, quā in cella Iouis diutissimè sedisset, quasi diuinam mentem acciperet. Decem & octo^c annorum patrem apud Ticinum singulari virtute seruauit. Clade^d Cannensi nobilissimos iuuenes, Italiam deserere cupientes, sua auctoritate compescuit. Reliquias incolumes per media hostium castra Canusium perduxit. Viginti quatuor annorum Prætor in Hispaniam^e missus, Carthaginē^f nouam, qua die venit, cepit. Virginem pulcerrimam, ad cuius aspectum concurrebatur, ad se vetuit adduci, patrique^g eius ac spōso restitui iussit. Asdrubalem Magonemque, fratres Annibalis, Hispania^h expulit: Amicitiam cum Syphace Maurorum regeⁱ cōiunxit. Massanisam in societatem recepit. Victor domum regressus, Consul^k ante annos factus, cōcedente collega in Africam classe traiecit. Asdrubalis^l & Syphacis castra vna nocte perrupit. Reuocatum ex Italia

a I O XXVII.
naus.

b quid. l. eunte
n. ca. latrau.

c I O XXXV.

d I O XXXVII.

e DXLII.

f No nouam à veteri est.

g M. ff. o. summo cōsensu: patrique eius sponsor astit. Vide Not.

h I O XLVII.

i I O XLVII.

k I O XLIX.

l I O L.

E 5 Annibalem

m 10 LI.

n 10 LII.

o 10 LXIII.

p 10 LXVI. Male
vulg. A Petilio
Aetio Tribu-
nopl.q Editi, Quasi
bon. sed glossena.
vulg. si Bon factū
si in Cap. legas?
vide si vacat, Notas

e 10 LXVIII.

Annibalem^m superavit. Victis Carthaginiesibus
legesⁿ imposuit. Bello Antiochi^o legatus fratri
fuit. captum filium gratis recepit. A^p Petillij ac
Næuiō Tribunis plebis repetundarum accusa-
tus, librum rationum in conspectu populi scidit:
Hac die, inquit, Carthaginem vici: Bonum^q fa-
ctum: in Capitolium eamus & Dis supplicemus.
Inde in voluntarium exsilium concessit: vbi reli-
quam egit aetatem. Moriens^r ab vxore petiit, ne
corpus suum Romam referretur.

M. Livius Salinator.

a 10 XXXIV.

LIVIVS Salinator, primò Consul^a de Illyrijs
triumphauit: tandem ex inuidia peculatus reus,
ab omnibus tribubus, excepta Metia, cōdemna-
tus. Iterum cum Claudio Nerone inimico suo
^b Consul, ne Resp. discordia malè administrare-
tur, amicitiam cum eo iunxit, & de victo Asdru-
bale triumphauit. Cenfor^d cum eodem collega
omneis tribus, excepta Metia, ararias fecit. stipē-
dio priuauit, eo crimine, quòd aut prius se iniu-
stè condemnassent; aut postea tantos honores
non rectè tribuissent.

b 10 XLVI.

e & de Asdru.
vulg. & iniunxit.
d 10 XLIX.*T. Quinctius Flaminius.*

a Flaminius vulg.

b vulg: quare vnici
inclusi:
c 10 LV.

d 10 LVI.

e 10 LVIII.
f M. ff. Ludos In-
nonis Samiz per
præc. pron. Alij:
liberos esse Græ-
cos.

TITVS Quinctius^a Flaminius, [Flaminij,
^b qui apud Trasimenum periit, filius,] Consul^c
Macedoniam sortitus, ducibus Caropis princi-
pis pastoribus, prouinciam ingressus, regem Phi-
lippum prælio^d fudit, castris exiit. Filium eius
Demetrium obsidem accepit: què pecunia mul-
tatum, in regnū restituit. ^e A Nabide quoque La-
cedæmonio filiū obsidem accepit. Liberos^f etiā
Græcos Nemeæ per præconem pronunciauit.
Legatus

50

51

Legatus etiam ^g ad Prusiam, vt Annibalem repe-
teret, ^h missus.

§ 2

M. Fulvius Nobilior.

MARCVS * Fulvius Nobilior Prætor ^a Hi-
spanos superavit: vnde ouans urbem introiit.
Consul ^b Ætolos, Ambraciotasque, qui bello
Macedonico Romanis adfuerant; post ad An-
tiochum defecerat; prælijs frequentibus victos,
& in Ambraciam opidum coactos, in deditio-
ne accepit; tantum signis tabulisque pictis spoliauit:
de quibus triumphauit. ^c Quam victoriam per
se magnificam, Quinctus ^d Ennius amicus eius,
in signi laude celebravit.

§ 3

L. Scipio Asiaticus.

SCIPIO Asiaticus, frater Africani, infirmo
corpore, tamen in Africa virtutis nomine à fratre
laudatus, Consul, ^a Antiochum regem Syriæ, le-
gato fratre, apud Sipylum montem, cum arcus
hostium pluuia hebetati fuissent, ^b vicit: & regni
relicti à patre, parte priuauit: hinc Asiaticus di-
ctus. * Post reus ^c pecuniæ interceptæ, ne in car-
cerem duceretur, Gracchus pater Tribunus ple-
bis, licet inimicus eius intercessit. M. Cato Cæsar
^d equum ei ignominia causa ademit.

§ 4

Antiochus rex Syriæ.

ANTIOCHVS Syriæ rex, nimia opum fidu-
cia bellum Romanis ^a intulit, specie Lysimachia
repetundæ, quam à maioribus suis in Thracia
conditam Romani possidebant: statimque Græ-
ciam insulasque eius occupauit. In Eubœa luxu-
ria ^b elanguit. Aduentu Acilij Glabrionis ^c exci-
tatus, Thermopylas occupauit: Vnde industria
Marci

g 101XXI.
h in 2. m. ff. ad-
scriptum erat: Ide-
poitea Proconsul
Philippum bell
renouantem, &
cum eo Thrac
Macedones, Ill
rios, multasque
gentes partium
ipsum, bello sub
egit.

* In vulg. Q. pro
nomen præposter
& inf. M. Ennius
pro Quinctus.
Deinde Consul
Ætolos Ambr
ciotasque supe
uit, mox: Consu
Achæas qui be
Maced. interfu
rant. Male. Nota
lege si placet.

a 101XXII.
b 101XXIII.
c 101XXVI.
d vulg. Marcus
Ennius, præpos
Quenim dictus.
fuis sany. VI. de
Cic. Tuscul. 1. pr
Archia & in ny
Plinius lib. xxx
Nat. historia
a 101XXIII.
b 101XXIII.

* Addunt m. ff.:
Hic cum Boie
rum gente co
fixit, in quo
prælio xx. ho
millia interen
(al. interfecit.
Post reus
c 101XXVI.
d 101XXIX.

a 101XXI

b 101XXII,
c sic opt. lib. vet.
vulg. exercitu
melius exercit
Thermop.

LXLIV. Marci Catonis eiectus, in Asiam refugit. Navali
 prælio, cui Annibalem præfecerat, à L. Æmilio
 Regillo, ^d superatus: Filium Scipionis Africani,
 quem inter nauigandum ceperat patri remisit:
 qui ei, ^e pro reddenda gratia, suavit, vt amicitiam
 Romanam peteret; Antiochus spreto consilio
LXLIII. apud Sipylum montem cum L. Scipione ^f con-
 fluxit: Victus, & vltra Taurum montem relegatus
 à sodalibus, quos temulentus in conuiuio pulsa-
 uerat, occisus est.

Cn. Manlius Vulso.

55

LXLIV. **CNÆVS** Manlius Vulso Consul, ^a missus ad
 ordinandam Scipionis Asiatici prouinciam, ^b cu-
 piditate triumphum bellum Pisidis & Gallogræcis
LXLVI. qui Antiocho adfuerant, intulit. His facile ^c victis,
L. Ortiagontis inter captiuos vxor regis ^d Orgiagontis Centu-
 rioni cuidam in custodiam data: à quo vi stupra-
 ta, de iniuria tacuit. & post impetrata redemptio-
 ne, marito adulterum [^e Centurionem] interfi-
 ciendum tradidit.

L. Æmilius Paullus Macedonicus.

56

LXXXVII. **LVCIVS** Paullus Æmilius, filius eius qui
 apud Cannas cecidit, ^a primo consulatu, ^b quem
LXXXI. post tres repulsas ^c adeptus erat, de Liguribus
LXXXII. triumphauit. Rerum gestarum ordinem in ta-
LXXXV. bula pictum publicè posuit. Iterum Consul ^e Per-
 sen Philippi filium, regem Macedonum, apud
 Samothracas cepit, victum ^f fleuit, & assidere sibi
LXXXVI. iussit: tamen in triumphum ^g duxit. In hac lætitia
 duos filios amisit: & progressus ad populum, gra-
 tias Fortunæ egit, quòd si quid aduersi Reipub.
 imminebat, sua esset calamitate decisum. Ob hæc
 omnia,

omnia, ei à populo & à Senatu concessum est, vt ludis Circensibus triumphali veste vteretur. Ob huius^h continentiam & paupertatem, post mortem eius dos vxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exfolui.

^h Ex m. ff. Recte. Vulg. licentiam nimis licente r. in Notis ratio exponitur.

57

Ti. Sempronius Gracchus.

TIBERIVS * Sempronius Gracchus, nobilissima familia ortus, Scipionem Asiaticū quamuis inimicū, ^a duci in carcerē nō est passus. Prætor Galliā domuit, Consul Hispaniā; altero Consulatu Sardiniam: tantumque captiuorū adduxit, vt longa venditione res in Prouerbiū veniret, *Sardi* * venales. Censor ^b libertinos, qui rusticas tribus occupant, in quatuor vrbanas diuisit: ob quod à populo collega eius Claudius (nam ipsum auctoritas tuebatur) reus factus est: & ^d cum eum duę classēs condemnassent, Tiberius iurauit se cū illo in exsilium iturum: ita reus absolutus est. Cū in domo Tiberij duo angues è geniali toro ^e repressissent; responso dato, eum de dominis periturum, cuius sexus anguis fuisset occisus: amore Cornelie coniugis marem iussit interfici.

^a Vulg. Titus Sempr. contra Fastos Consulares a 10 LXLV.

^b Vide restū Pomp. b 10 XXXIV. c Vulg. occuparet Male.

^d Et cū Claudium condemn. q. d.

^e q. d. ceperissent al. sepressissent

58

P. Scipio Æmilianus.

PVBLIVS Scipio Æmilianus, Paulli Macedonici filius, à Scipione Africano adoptatus, ^a in Macedonia cum patre agens, victum Persen tam pertinaciter ^b persecutus est, vt media nocte in castra ^c redierit. Lucullo in ^d Hispania legatus, apud Intercatiam opidum prouocatoreū singulari prælio vicit. Muros ^e hostilis ciuitatis primus ascendit. Tribunus ^f in Africa ^g sub M' Manlio imperatore, cohortes octo obsidione vallatas cō-

a 10 XXXV.

b 10 c II.

^c al. rediret. ^d Hispaniam Vulg. male

^e al. hostiles f 10 c IV.

^g Vulg. sub Tito Manlio. non placet. alij. sub Manlio. melius.

filio

10CVI.

Ætatis xxxvi.

l. Vellius pater.

10cXX.

al. correpta.

i. M. ff. aliquot Pa-

etio Philosopho.

totas lege.

10cX.

10cXXIII.

superbè, alij. &
sex, occisum

10cXI.

10cXXIII.

Vulg. semilibrâ

AVLVVS HOST.

Vulg. Plinio L.V.

IVS.

10cXVI. Vulg.

pretor.

Mame Mancine:

ul. Obsequens

al. peruenisset

Vulg. Pompeij

iust autē M. Popil-

ius Lenas Appian.

yrancis.

q. l. & sol. petijt.

al. milibus suorū

filio & virtute seruauit, à quibus corona obsidio-
nali aurea donatus. Cùm ædilitatem^h peteret,
Consul anteⁱ annos vltro factus, Carthaginensium
intra sex menses deleuit. Numantiam^k in Hispa-
nia, correcta^l prius militum disciplina, fame vi-
cit. hinc Numantinus dictus. Caio^m Lælio plu-
rimùm vsus: Ad reges adeundosⁿ missus, duos
secum, præter eum, seruos duxit. Ob res^o gestas
^p superbus, Gracchum iure cæsum videri respon-
dit, obstrepente populo, Taceant, inquit, quibus
Italia nouerca, non mater est: addidit, Quos sub
corona vendidi. Censor, ^q Mummius collega se-
gniore, in Senatu ait, Vtinam mihi collegam autē
dedissetis, aut non dedissetis. Suscepta^r Agrario-
rum causa domi repente exanimis inuentus, ob-
uoluto capite elatus est, ne lior in ore appareret.
Huius patrimonium tam exiguum fuit, vt xxxii
libras argenti, duas &^s selibras auri reliquerit.

C. Hostilius Mancinus

99

CAIVSⁿ Hostilius Mancinus Consul^b ad-
uersum Numantinos vetãibus aurbus, & nescio
qua^c voce reuocante profectus, cùm ad Numan-
tiam^d venisset, exercitum^e Popillij acceptū prius
corrigere decreuit: inde solitudinem petit. Eo
die Numantini fortè sollempni nuptu filias loca-
bant: & vnã speciosã duobus competenti-
bus, pater puellę conditionem tulit, vt ei illa nu-
beret, qui hostis dextram retulisset. Profecti iu-
venes, abscessum Romanorum in modum fugę
properantium cognoscunt: rem ad suos referunt.
Illi statim quatuor millibus^g viginti millia Ro-
manorum ceciderunt. Mancinus, auctore Tiberio
Graccho

Graccho Quæstore suo, in leges hostium fœdus percussit: quo per Senatum improbato, Mancinus Numantinis deditus, nec^h receptus, augurio in castra deductus: Præturamⁱ postea consecutus est.

h M. ff. q. nec repetitus, à genero in castra reductus. lector arbitrabitur. i locus difficilis, an prætor post Consulatum. Vide Notag hic & in Metello Pio.

60

L. Mummius Achaicus.

LVCIVS Mummius, deuicta Achaia, Achaicus: Consul^a aduersus Corinthios missus, victoriam alieno labore quæsitam interceptit. Nã cum illos Metellus Macedonicus apud Heracléam fudisset, & duce Critolao priuasset; cum licioribus & paucis equitibus in Metelli castra properauit, & Corinthios apud Leucopetram vicit duce^b Diæo, qui domum refugit, eamque incendit: coniugem interfecit, &^c in ignem præcipitavit: ipse veneno interijt. Mummius Corinthum signis tabulisque^d spoliavit: quibus cum totam repleffet Italiam; in domum suam nihil contulit.

a 100CVII. Ita lego ex m. ff.

b Διέας: Πανσένια εστίν Αχαιεύς. Vulg. Dionέο male. *c* Μένδοσελίβ. excuss. Nos ex m. ff. omn. consensu emendauimus. *d* 100CVIII. Hinc Corinthia vasa.

61

Q. Cæcilius Metellus Macedonicus.

QVINCTVS Cæcilius Metellus à domitia Macedonia, Macedonicus: Prætor^a Pseudophilippum, qui idem Andriscus dictus est, vicit. Achæos bis prælio fudit: triumphandos^b Mummiō tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem: & ideo * post duas repulsas Consul^c agrè factus, Arbachos in Hispania^d domuit. Apud^e Contebriam opidum cohortes loco pulsas, redire & locum recipere iussit. Cum omnia proprio & subito consilio ageret, amico cuidam quid acturus esset roganti: Tunicam, inquit, meam exurerem, si eam consilium meum scire existimarem. Hic quatuor filiorum pater; supremo tempore

a 100CV.

b 100CVII.

c tertio. Ed. lib. sed gloss. est. *d* 100CVIII. *e* 100CX. *f* 100CXI. q. d. Cantabrig opid. vel Cantabriam

f m. ff. exuerem

g vulg. Consules.
Notas consule.

tempore humeris eorū ad sepulcrum elatus est:
ex quibus treis^s Consulares, vnum etiam trium-
phantem vidit.

Q. Cæcilius Metellus Numidicus.

62

a 10 c XLIV.

b 10 c LI.

c 10 c LIII.

d 10 c LIV.

Ex val. Max. repo-
sitū lib. V. cap. VI. &
Cicer. pro Plancio.
Vulg. Claudia.
Non sequor.
e Metellum soro-
ris vulg. sed qui
fieri potuit: Puro
leg. L. Lucullum
ex Cic. VI. Actione
in Verrem.
f vulg. quod is
olim iuui iudi-
cium & leges de-
tract.

a 10 c LXIII.

b vulg. Pompeium
male

c 10 c LXXIII.

d 10 c LXXIX.
Vide Notas.

QVINCTVS Cæcilius Metellus, Numidi-
cus: quia Consul^a de Iugurtha rege Numidiæ
triumphauit. Censor^b Quinctium, qui se Tibe-
rij Gracchi filium mentiebatur, in censum non
recepit. Idem in legem^c Appuleiam per vim la-
tam iurare noluit: quare in exsilium actus, Smyr-
næ exsulauit. Calidia^d deinde rogatione reuoca-
tus, cum ludis fortè litteras in Theatro accepis-
set, non prius eas legere dignatus est quàm spe-
ctaculum finiretur. Metella^e sororis suæ virum,
laudare noluit, quòd^f is solus iudicium contra le-
ges detrectarat.

Q. Metellus Pius.

63

QVINCTVS Metellus Pius, Numidici fi-
lius: Pius, quia patrem lacrymis & precibus affi-
duè ab exsilio reuocauit, Prætor^a bello sociali
Qu^b Popedium, Marforum ducem, interfecit.
Consul^c in Hispania Herculeios fratres oppres-
sit: Sertorium Hispania expulit. Adolescens in
petitione^d Præturæ & Pontificatus, Cōsularibus
viris prælatus est.

Tiberius Gracchus.

64

a 10 c XVI.

b 10 c XXX.

o legem asuit
à m. sc. vulg. max.
mille agri. Notas
vide.

TIBERIVS Gracchus, Africani ex filia ne-
pos, Quæstor^a Mancino in Hispania, fœdus eius
flagitiosum probauit. Periculum deditiois elo-
quentiæ gratia effugit. Tribunus plebis [legem]
tulit, b ne quis plus quingēta agri iugera haberet.
Octauio collega intercedenti, nouo exemplo
magistratum

magistratum abrogauit. Dein tulit, vt^e ea familia, quæ ex Attali hereditate erat, ageretur: vt populo diuideretur. Deinde^d cum protogare sibi potestatem vellet, aduersis auspiciis in publicum processit, statimque Capitolium petiit, manum ad caput referens: quo salutem suam populo commendabat. hoc nobilitas ita accepit, quasi diadema posceret: segnitèrque cessante Mucio Consule; Scipio Nasica sequi se iussis, qui saluam Rem pub. vellent, Gracchum in Capitolium persecutus oppressit. Cuius corpus Lucretij Edilis manu in Tiberim missum, vnde ille Vespillo dictus. Nasica vt inuidiam subtraheretur, per speciem legationis in Asiam ablegatus^f est.

65

C. Gracchus.

CAIUS Gracchus pestilentem^a Sardiniam^b Quæstor sortitus, non veniente successore, sua sponte discessit. Asculanæ & Fregellanæ defectionis inuidiam sustinuit. Tribunus^c plebis agrarias & frumentarias leges tulit. colonos etiã Capuam & Tarentum mittendos censuit. Triuuiros agris diuidendis se, & Fuluium Flaccum, & C. Crassum constituit. Minucio Ruso Tribuno plebis legibus suis^d obrogante in Capitolium^e venit: vbi cum Atilius, præco Opimij Consul, in turba fuisset occisus, in forum descendit, & imprudens concionem à Tribuno plebis auocauit. qua re arcessitus, cum in Senatum non venisset, armata familia Auentinum occupauit. vbi ab Opimio victus, dum à templo^f Dianæ desilit, talum intorsit, & Pomponio amico apud portam Trigeminam, P. Latorio in Ponte Sublicio persequentibus

^e Familia propeccata, vt in XII. Tab. & suet. Nerone Iuriconsultri Actionem familia eretiscunda vocant. Cicero Latio sic Agere caput dixit. citante Agel. lib. v. cap. 3. d 10 C XXI.

^e Vide Seruium in VIII. Aen. initio. Cic. pro C. Rabirio & post reditum.

^f in M. ss. nescio unde adscriptum: Cum comitorum die Gracchus seditiones populi accenderet, auctore Nasica inflammata nobilitas, fragmentis subfelliorum plebem fugauit: Gracchus per gradus qui sunt super Cal-

purnium fornice detracto amminiculo fugiens ictus fragmento subfelli corruit: rursusque assurgens alio ictu clauæ cerebro impactæ occubuit. Duceti ea seditione interfecti, quorum corpora in Tiberim proiecta sunt.

^a Martial. cum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est. b 10 C XXIIIX. c 10 C XXX. d Ita M. ss. & infra cap. 7. Vniq. abrogante. vide Vlpianum. e 10 C XXXII.

^f Luna: M. ss. q. & max Pontano amico.

F

sequentibus

100XXXII.

sequentibus resistente, in lucum Furinæ² peruenit. Ibi vel sua, vel serui Euphori manu interfectus, caput à^h Septimuleio amico Gracchi, ad Opimium relatum, auro expensum fertur, propter auaritiam infuso plumbo grauius effectum.

M. Linius Drusus.

66

Septimo Atatio
n. f. Alij aliter
Septimio Atello

MARCVS Linius Drusus, genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus & superbus, Ædilis munus magnificentissimum dedit: Vbi^a Remmio collegæ, quædam de utilitate Reipublicæ suggerenti, Quid tibi, inquit, cum republica nostra? Quæstor in Asia nullis insignibus uti voluit, ne quid ipso esset insignius. Tribunus pleb. Latinis ciuitatem, plebi agros, equitibus Curiam, Senatui iudicia^b permisit. Nimia liberalitatis fuit: ipse etiam professus, nemini se ad largiendum præter cælum & cœnum reliquisse: ideoque cum pecunia egêret, multa contra dignitatem fecit. Magulfam Mauritaniam principem ob regis similitudinem profugum, accepta pecunia Boccho prodidit: quem ille elefanto obiecit. Adherbalem filium regis Numidarum obsidem domi suæ suppressit, redemptionem eius occultam à patre sperans. Capionem inimicum actionibus suis resistentem, ait se de saxo Tarpeio præcipitaturum.

M. f. om. vulg.
Rubrio
suggerente.

100CLXII.

Philippo^c Consuli legibus Agrarijs resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret è naribus: quam ille, luxuriam^d obprobans, muriam de turdis esse dicebat. Idem ex gratia nimia in inuidiam venit. nam plebes acceptis agris gaudebat; expulsi dolebant: Equites in Senatum lecti lætabantur; sed præteriti querebantur;

100CLXII.

Adidi aut ex m.
f. lapsus Macha-
neus & Ponche-
rius hic.

d sic huic locum su-
nauimimis vulgo
deformatum: quæ
ille luxuria com-
probans, morti-
tam detrudi se
dicebat, Vidi qui

bantur: Senatus permiffis iudicijs exultabat; fed
 focietatē cum Equitibus egrē ferebat. Vnde Li-
 uius anxius, vt Latinorum postulata differret, qui
 promiffam ciuitatem flagitabant, repentē in pu-
 blico concidit, fiue morbo comitali, feu haufio
 caprino fanguine, femianimis domum relatus.
 Vota pro illo per Italiam publicē fufcepta funt:
 & cū Latini Cōfulem in Albano monte inter-
 fefturi effent, Philippum admonuit vt caueret:
 Vnde in Senatu accusatus, cū domum fe reci-
 peret, immiffio inter turbam percuffore, corruit.
 Inuidia cædis apud Philippū, & Capionē fuit.

*ita fcriptum habe-
 rent: morti aut
 detur dixiffe di-
 cebat. vulg. exem-
 plum aperte ut
 edendum curauimus
 Male autē inu-
 riam impreflerant.
 Mox T. nimia
 abeft in vulg. ut ē
 illud, fed præteriti
 querebantur*

67

C. Marius Pater.

C A I V S Marius fepties Conful, Arpinas,
 humili loco natus, primis honoribus per ordinē
 functus, legatus ^a Metello in Numidia, criminā- ^a 10cXLIV.
 do eum Confulatum ^b adeptus, Iugurthā captum ^b 10cXLVI.
 ante currum egit. In proximum annum ^d Conful ^c 10cXLIX.
 vltro factus, Teutones in Gallia ^e apud aquas ^d 10cL.
 Sextias, Cimbros ^f in Italia, in campo ^f Caudio ^e 10cLI.
 vicit, de que his triumphauit. Sexies Conful per ^f 10cLII.
 ordinem factus, ^g Appuleium Saturninum Trib. ^g vulg. Claudios
 plebis, & Glauciam Prætozem feditiofos ex Se- ^{al.} Saudio; ^{al.}
 natu confulto interemit. Et cū Sulpicia roga- ^{Rhandio.}
 tione prouinciam Sullæ ^h eriperet, armis ab eo ^h 10cLIII.
 victus, Minturnis in palude delituit. Inuentus,
 & in carcerem coniectus, immiffum percufforē
 Gallum vultus * auctoritate deterruit: acceptā-
 que nauicula in Africam traiecit. ibi diu exfula-
 uit. Mox Cinnana ⁱ dominatione reuocatus, ru-
 ptis ergaftulis exercitum fecit: caſis que inimicis
 iniuriam vltus, feptimo confulatu, ^h vt quidam ^k 10cLXVII.
 ferunt,

** M. faufteritare.
 inf. 76.*

ferunt, voluntaria morte decessit.

C. Marius Filius.

68

a xxvii. lib. m. ff.

b 10 c lxxi.

C A I V S Marius filius viginti quinque^a annorum Consulatum^b inuasit: quem honorem tam immaturum mater fleuit. Hic patri sæuitia similis, Curiam armatus obsedit, inimicos trucidauit, quorum corpora in Tiberim præcipitauit. In apparatu belli quod contra Sullam parabatur, apud Sacriportum vigiliis & labore defessus, sub dio requieuit: & absens victus, fugæ, non pugnæ interfuit. Preneste refugit, vbi per Lucretium^c Offellam obsessus, tentata per cuniculum fuga, cum omnia sæpta intelligeret, iugulandum se Pontio Telesino præbuit.

L. Cornelius Cinna.

69

a 10 c lxxvi.

b 10 c lxxvii.

c 10 c lxxviii.

d 10 c lxxix.

e A. Ancone. Non displicet.

L V C I V S Cornelius Cinna flagitiosissimus, Rempub. summa crudelitate vastauit. Primo cōsulatu^a legem de exsulibus reuocandis ferens, ab Octauiio collega prohibitus. & honore priuatus, vrbe profugit: vocatisque ad pileum seruis, aduersarios vicit: Octauium interfecit: Ianiculum occupauit. Iterum^b & tertium^c Consulem seipse fecit. Quarto^d consulatu cum bellum cōtra Sullam pararet, e^e Anconæ ob nimiam crudelitatem ab exercitu lapidibus occisus est.

C. Flavius Fimbria.

70

* Cinnae affuit

in q. l. & sic inter-

dangit seuissimus,

quippe fatelles:

sij curia fatelles:

a 10 c lxxvii.

b 10 c lxxviii.

C. F L A V I V S Fimbria (sæuissimus quippe *Cinnæ fatelles) Valerio Flacco Consuli^a legatus in Asiam profectus, per simultatem dimissus, corrupto exercitu, ducem interficiendum curauit. Ipse correptis imperij insignibus, prouinciam^b ingressus, Mithradatem Pergamo expulit. Iliú, vbi tar-

vbi tardius portæ patuerant, incendi iussit: vbi Mineruæ templum inuiolatum stetit, quod diuina maiestate seruatum nemo dubitauit. Ibidem e Idem, lib. exi. Fimbria militiæ principes securi percussit: mox à Sulla Pergami ^d obsessus, corrupto exercitu d I O C L X I X. Vulg. oppressus. Scripta lectio placet. desertus semet occidit.

71

Viriathus Lusitanus.

VIRIATHVS genere Lusitanus, ob paupertatem primò mercenarius, deinde alacritate ^a venator, audacia latro, ad postremum dux, bellum aduersum Romanos sumsit, eorumque Imperatorem Claudium Vnimanum, dein C. Nigidium ^b oppressit. Pacem à ^c pop. Ro. maluit interger ^d petere, quàm victus: & cum ^e alia dedisset, & arma retinerentur, bellum renouauit. Cæpio cum vincere eum aliter non posset, duos satellites pecunia ^f corruptit, qui Viriathum ^g humi depositum peremerunt. Quæ victoria, quia emta erat, à Senatu non probata. a Vetusia lectio, al. vector: vulg. victor, lege Notas

72

M. Amilius Scaurus.

MARCVS Amilius Scaurus nobilis, pauper, nam pater eius, quamuis Patricius, ob paupertatem, carbonarium negotium ^a exercuit. Ipse primò dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret: sed eloquentiæ consultus, ex ea gloriam peperit. Primò in ^b Hispania ^c corniculo meruit. sub Oreste in Sardinia stipendia fecit. Adilis ^d iuri reddendo magis, quàm muneri edendo studuit. Legatus ^e Calpurnij, Iugurthæ aduersus: tandem eius pecunia victus. Consul ^f legem de sumptibus & libertinorum suffragiis tulit. P. Decium Pratorem transeunte ipso sedentem, iussit a Alij officium ex: Idem primo post, conuulsans

simoliqua

F 3,

assurgere,

assurgere, ei que vestem scidit, sellam concidit: ne quis ad eum in ius iret, edixit. Consul Ligures & Gantiscos domuit, atque de his triumphavit. Censor^s viam Æmiliam stravit: Pontem Mulvium fecit. Tantumque auctoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum; Marium contra Glauciam & Saturninum, priuato consilio armaret. Idem^h filium suum, quia præsidium deseruerat, in conspectum suum vetuit accedere: Ille ob hoc dedecus mortem sibi consciuit. Scaurus^t senex cum à Vario Tribuno plebis argueretur, quasi socios & Latium ad arma coëgisset, apud populum, ait. Varius^k Sucronensis Æmiliam Scaurum ait socios ad arma coëgisse: Scaurus negat: vtri potius credendum putatis?

L. Appuleius Saturninus.

L. V. C. I. V. S. Appuleius Saturninus, Tribunus^a plebis seditiosus, ut gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, ut veteranis centena agri iugera in Africa diuiderentur: Intercedentē Bæbium collegam, facta per populum lapidatione submouit. Glaucię Prętori, quod is eo die, quo ipse concionem habebat, ius^b dicendo partē populi auocasset, sellam concidit, ut magis popularis videretur. Quendam libertini ordinis subornauit, qui se Tiberij Gracchi filium fingeret. Ad hoc testimonium Sempronia soror Gracchorum producta, nec precibus, nec minis adduci potuit, ut dedecus familię agnosceret. Saturninus^c Aulo Nonio^d competitore interfecto Tribunus pleb. refectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam nouis colonis destinauit & aurum, dolo, an scelere?

Capionis

g I 5 C XLIV.

τὸ viam abest in vulg.

h I 5 C LII.

i I 5 C LXII.

k Ita emend. ex

Asco. Red. in eam
qua est pro M. Sciu-
ro. M. ff. Varius
Veronensis. Aldi-
na editio Surlus
Succron. Male.

a I 5 C L.

b M. f. ius dando,

c I 5 C LII.

d Memmio vulg.
ali Nummio
vel Mumio.

Capionis partum, ad emtionem agrorum conuertit. Aqua & igni interdixit ei, qui in leges suas non iurasset: Huic legi multis nobilibus obrogantibus cum tonuisset, clamauit: Iam, inquit, nisi quiescitis, grandinabit. Metellus Numidicus exfulare quam iurare maluit. Saturninus tertio Tribunus pleb. refectus, ^f vt satellitem suum Glauciam Prætorem, Consulem faceret, ^g Memmium competitorem eius in campo Martio necandum curauit. Marius Senatusconsulto ^h armatus, quo censebatur, darent operam Consules ne quid Respub. detrimenti caperet; Saturninũ & Glauciam in ⁱ Capitolium persecutus obsedit, maximoque ^k astu incisiss fistulis, in deditionem accepit: nec deditis fides seruata. Glauciae fracta ceruix: Appuleius cum in Curiam fugisset, lapidibus & tegulis desuper interfectus est. Caput eius Rabirius quidam Senator per conuiuia in ludibrium circumtulit.

e multi nobiles obrogantes. V. c. vulg. abrog. Sup. cap. 63. post clamauit, in m. ff. est.

f 10cLIII.

g vulg. Mummiũ propterẽ sup.

h De hoc S. C. vide M. Tullium, Cassiorem, Sallustium, Vegetium & Tacitum

i in Cap. cõegit confugere, ibi eos persecutus M. ff. amplius. k q. l. xliũ

74

L. Licinius Lucullus.

LVCIVS Lucullus nobilis, disertus & diues, munus quæstorium ^a amplissimum dedit. Ptolemæum regem Alexandriæ Consuli ^b Sullæ conciliauit: & mox ^c per Murenam in Asia classẽ Mithradátis. Prætor ^d Africam iustissime rexit. Aduersus Mithradatem Consul missus, ^e collegã suum Cottam Chalcedone obsessum liberauit. Cyzicum ^f obsidio soluit: Mithradátis copias ^g ferro & fame afflixit, eumque regno suo Ponto expulit. Quem rursus ^h cum Tigrâne rege Armeniæ ⁱ subueniente magna felicitate superauit. Nimius in ^k habitu: maximè signorum & tabularum

a 10cLXVII.

b 10cLXVI.

c 10cLXXI.

d 10cLXXXVI.

e 10cLXXXIX.

vul. Chalcedon

f 10cLXXX.

g 10cLXXXI.

h 10cXXXIV.

i venientem. M

k Sic leg. vulg. in

ambitu. lege plus

extremo Lucullo,

vbi Notat. Sanda

lib. 1. epist. VII.

vul. 40.

F 4

larum

larum amore flagrauit. Pòst cùm alienata mente desipere cœpisset, tutela eius M. Lucullo fratri permiffa est.

L. Cornelius Sulla.

75

CORNELIVS Sulla, à fortuna Felix dictus, cùm paruulus à nutrice ferretur, mulier obuia, Salue, inquit, puer tibi & Reipub. tuæ felix: & statim quæfita quæ hoc dixiffet, non potuit inueniri. Hic Quæstor^a Marij, Iugurtham à Boccho in deditionem accepit. Bello^b Cimbrico & Teutonico legatus, bonam operam nauauit. Prætor^c inter ciueis ius dixit. Prætor Ciliciam prouinciam habuit. Bello^d sociali Samnites, Irpinosque superauit. Ne monumenta Bocchi tollerentur; Mario restitit. Consul^e Afiam fortitus, Mithradatem apud Orchómenum & Charonéã prælio fudit. Archelaum^f præfectum eius * Athenis vicit. Portum Peiræû recepit. Enetos, & Dardanos^g in itinere superauit. Cùm rogatione^h Sulpicia imperium eius transferretur ad Marium, in Italiamⁱ regressus, corruptis aduersariorum exercitibus, Carbonem Italia expulit: ^k Marium filium apud Sacriportum, Telesinum apud portam Collinam vicit. Mario Preneste interfecto, Felicem se edicto appellauit. Proscriptionis tabulas^l primus proposuit. Nouem millia * deditorum in villa publica cecidit. Numerum sacerdotum auxit, Tribunicia potestaté minuit. Repub. ordinata Dictaturá deposuit: ^m vnde sperni cœptus, Puteolos cōcessit: & morbo, qui Phtirialis vocatur, ⁿ interiit.

Mithra-

* *Mithradates rex Ponti.** Ita in nummis
antiq. scribitur.

MITHRADATES rex Ponti, oriundus à septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sexiuges equos regeret, ^a duarum & viginti gentium ore loqueretur. Bello ^b sociali dissidentibus Romanis, Nicomêdem Bithynia, ^c Ariobárzanê Cappadocia expulit. Litteras per totam Asiam misit, vt quicumque Romanus esset, certa die interficeretur: & factum est. Græciam insulâsque omnes, excepta Rhodo, occupauit. Sulla eum prælio ^d vicit, classem eius proditione Archelai interceptit: Ipsum apud ^d Orchomenum opidum fudit, ^e & oppressisset, nisi aduersum Marium ^f festinans, qualemcumque pacem componere maluisset. Deinde ^g eum Cabiris ^h resistentē Lucullus fudit. Mithradates pòst à Pòpeio nocturno prælio ⁱ victus, in regnum confugit: vbi per seditionem popularium * à Phárnace filio in turre ^k obsessus, venenum sumsit. Quod cum tardius ^l subiret, quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmarat: immisum percussorem Gallum ^m Sithocum auctoritate vultus teritum reuocauit, & in cædem suam manum trepidantis adiunxit.

^a M. ff. o. quinquaginta gentium
^b 10 CLXII.
^c 10 CLXV.

^d 10 CLXVII.

^d Orchienum
Vulg. Alij Dardanum
vulgati sic: & oppressit, & potuit capere nisi m. ff. libenter sequer.
^f 10 CLXIX.
^g 10 CLXXXII.
^h Al. acrius, al. Argis ref.
ⁱ 10 CXXXCVII.
* popularem Excusi. vett. lib. præfeto.
^k 10 CXC.
^l biberet, vulg. q. al. ebiberet. Al. Cuius Tar. viueret in Bitocum m. ff. vi & Luy Epitoma tot; Appianus Bitocum vocat.

* *Cn. Pompeius Magnus.*

CN. Pompeius Magnus, ciuili bello ^a Sullæ partes secutus, ita egit, vt ab eo maximè diligeretur. Sicilia ^b sine bello à proscriptis recepit. Numidiam Hiarbæ ereptam, ^c Massinisa restituit. Viginti sex annos natus triumphauit. Lepidum acta Sullæ ^d rescindere volentem, priuatus Italia * fugauit. Prætor ^e in Hispaniâ pro * consulibus

^a 10 CLXX.

^b 10 CLXXI.

^c 10 CLXXII.
^d 10 CLXXV.
* Vulg. abrogauit.
^e 10 CXXX.
* proconsul. Vulg. illud rectum.

ANNO V. C. 90 AVREL. VICT. DE VIRIS ILLVST.

f 10cXXXVI.

missus Sertorium vicit. Mox piratas intra qua-

g 10cXXXVII.

dragesimum diem subegit. Tigranum^g ad ded-

h 10cXXC.

tionem, Mithradatem^h ad venenum compulit.

[Ex m. ff. Vulg. fe-
liciterum in Se-
pentrionem

Deinde mira felicitate [& celeritate] nunc in

i 10cXXXVIII

Septemtrione Albanos, Colchos, Heniochos,

k 10cXC.

Caspios, Iberos: tunc in Oriente Parthos, Ara-

l 10cXCVIII.

bas, atque Iudæos^k cum magno sui terrore pene-

m 10ccc.

trauit. Primus in Hircanum, Caspium, Rubrum,

n 10cccIII.

& Arabicum mare vsque peruenit. Mox cum di-

o 10cccV.

uiso orbis imperio, Crassus Syriam, Cæsar Gal-

liam, Pompeius urbem obtineret; post^m cædem

Crassi, Cæsarem dimittereⁿ exercitū iussit: Cuius

infesto aduentu vrbe pulsus, in Pharsalia^o victus,

ad Ptolemæum Alexandria regem cōfugit. Eius

Pⁱ imperio ab Achilla & Pothino satellitibus occi-

sus est: [Huius latus sub oculis vxoris & libero-

rum à^q Septimio Ptolemæi præfecto mucrone

confossum est. Iamque defuncti caput gladio

præcisum, quod vsq; ad ea tempora fuerat^r ado-

ratum. Truncus Nilo iactus, à Seruio^s Codro

rogo iniustus, humanusque est, inscribente sepul-

chro, HIC^t SITVS EST MAGNVS POM-

PEI VS. Caput ab Achilla Ptolemæi satellite,

v^v Ægyptio velamine inuolutum, cum anulo Cæ-

sari præsentatum est: Qui non continens lacry-

mas, illud plurimis & preciosissimis odoribus

cremandum curauit.]

p His clauditur
Pompeius in m. ff.
Reliqua in excusis
assuta. Excipit
hunc statim Iul.
Cæsar in m. sillo
opt.

q Vulg. qu. à Pho-
cyno qui Græcus

IIobeyōc est. Alij

à Theodoro qui

Ptolemæi præceptor

erat. De his in Notis

ignoratum. q. d.

& iactatus.

s Quid. lib. à Ser-

uio iniustus. Alij,

cedro pro Codro.

VI. lib. Aen. laurus

in busto Pallantis.

s Hemistichium in

VIII. Lucani belli

Pharsal. & P. forte

pro Pompeius

scrib. Magnus enim

ferè concise apella-

tur antiquis.

w Vidi qui distin-

guerent, satellite

A Ægyptio, Velam.

Non sequor.

ADDITA

ADDITAMENTVM
VIRORVM ILLVSTRIVM
EX LIBRIS ANTIQ. MANV
DESCRIPTIS.

78

Julius Cæsar.

I.



C A I V S Iulius
Cæsar, veneratione rerum gestarum Diuus dictus: cõtubernalis thermo in Asiam profectus; cum sæpè ad Nicomédè regem Bithyniæ cõtineat, impudici-
tiæ infamatus est.

Mox Dolabellam iudicio oppressit: Dum studiorum caussa Rhodum petit, à piratis captus & redemptus, eosdem & postea captos ^a puniuit. Prætor ^b Lusitaniam, & pòst Galliam, ^c ab alpi-
bus vsque, & Oceanum bis classe transgressus, Britāniam subegit. Cùm ei ^d triumphus à Pompeio negaretur, armis eum vrbe pulsum in Pharsalia ^e vicit. Capite eius ablato fleuit & honorificè sepeliri fecit: mox ^f à satellitibus Ptolemæi oblesus, eorum & regis nece Pompeio parentauit. Pharnacem Mithradātis filium fama nominis ^g fugauit, Iubam & Scipionem in ^h Africa: Pompeios

^a regulatos truci
affixit. Plutar. Suet.
Cæs. cap. LXXIV.
^b Fenestella 11. Epit.
de collasse ait apud
Diomedem. 1. lib.
Gramm.
^c b 10 CXCIII.
^d c 10 CXCVI.
^e d 10 CCIII.
^f c 10 CCIV.
^g f 10 CCV.

^g 10 CCVI.
^h 10 CCVII.

1150011X.

peijos iuuenes in Hispania apud Mundam opidum ingenti prælio ⁱ vicit: Deinde ignoscendo amicis odia cum armis deposuit: nam Lentulum tantum, & Afranium, & Faustum Sullæ filium iussit ^k occidi. Dictator in perpetuum factus à Senatu; in curia, Cassio & Bruto cædis auctori- bus trib. & viginti vulneribus occisus ^l est: cuius corpore pro rostris posito, Sol orbem suum ce- lasse dicitur.

115000VII.

1150001X.

II.

Octavianus Cesar.

79



CÆSAR Octavianus ex Octavia familia in Iuliam tralatus, in ultionem Iulij Cæsaris, à quo heres fuerat institutus, Brutum & Cassium cædis auctores ^m in Macedonia vicit. Sextum Pompeium

115000XI.

115000XVII.

115000XXII.

XLII.

1150011X.

115000XXIII.

115000XXXI.

Cn. Pompeij F. bona paterna repetentem, in freto Siculo ^b superavit. Marcum Antonium Cõsulem Syriam obtinentem, amore Cleopatrxæ deuinctum, in ^c Actiaco Ambraciæ litore debellauit: Reliquam orbis partem per legatos domuit. Huic Parthi signa, quæ Crasso sustulerant, ultro reddiderunt. Indi, Scythæ, Sarmatæ, Daci, quos non domuerat, dona miserunt. Iani gemini portas bis ante se clausas, primò sub ^d Numa: iterum post primum Punicum ^e bellum; sua manu ^f clausit. Dictator in perpetuum factus, ^g à Senatu, ob

res ge-

res gestas Diuus Augustus est appellatus.

80

Cato Prætorius.

III.

CATO Prætorius, Catonis Censorij prone-
 pos, cùm in domo auunculi Drusi educaretur,
 nec pretio, nec minis potuit adduci à ^a Q. Pope-
 dio Silone Marforum Principe vt fauere se caus-
 sã Sociorum diceret. Quæstor in Cyprum mis-
 sus ad vehendam ex Ptolemæi hereditate pecu-
 niam, cum summa eam fide perduxit: præterea ^b ^c ^d
 coniuratos puniendos censuit. Bello ciuili, Pom-
 peij parteis secutus est: quo victo exercitum per
 deserta Africæ duxit, vbi Scipioni Consulari de-
 latum ad se imperium concessit. Victis partibus,
 Vticam concessit, vbi filium hortatus, vt clemen-
 tiam Cæsaris experiretur, ipse lecto Platonis li-
 bro, qui De bonis mortis est, semet occidit.

^a M. f. ab pedlo
 Silone.
 136LXII.

136CXX.
 136CXC.
 136CCIV.

136CCVII.

81

M. Tullius Cicero.

IV.

MARCVS Tullius Cicero, genere Arpinas,
 patre Equite Romano natus, ^a genus à Tito Ta-
 tio Rege duxit. Adulescens ^b Rosciano iudicio
 eloquentiam, & libertatem suam aduersum Sul-
 lanos ostendit: ex quo veritus inuidiam Athenas
^c studiorum gratia petiuit, vbi Antiochum Aca-
 demicum philosophum studiosè audiuit: Inde
 eloquentiæ gratia Asiam, post ^d Rhodum petijt,
 vbi Molonem Græcum, Rhetorem tum disertis-
 simum magistrum habuit; qui fesse dicitur quòd
 per hunc Græcia eloquentiæ laude priuaretur.
 Quæstor ^e Siciliam habuit, Ædilis ^f C. Verrem
 repetundarum damnauit. Prætor ^g Ciliciam la-
 trocinijs liberauit. Consul ^h coniuratos capite
 puniuit. Mox inuidia P. Clodij, instinctuque
 Cæsaris

^a 136CXLVII.
 Ante Christ. na-
 tum, CIII.
^b 136CLXXXIII.
 Cic. æta. 27.

^c 136CLXXXIV.
 Ciceronis 28.

^d 136CLXXXV.
 Ciceronis 29.

^e 136CLXXXVIII
 Ætatis Cic. 32.
^f 136CLXXXIII
 Ciceronis 37.
^g 136CCII.
 Ciceron. 56.
^h 136CXC.
 Cicero. 44.

i 150XCXV.
Ciceron. 49.
* M. f. Afiam que
male.

k 150XCXVI.
Ciceronis 50.
l 150CCIV.
Ciceron. 58.
m 150CCV.
Ciceronis 59
n 150CCVI.
Cicero: 60.
o 150CCIX.
Ciceron. 63.
p 150CCX.
Ciceronis 64.

Cæsaris & Pompeij, quos dominationis suspectos, eadem, qua quondam Sullanos, libertate perstrinxerat, sollicitatis Pisoneⁱ & Gabinio Cōsulibus, qui Macedoniam, * Syriamque prouincias in stipendium opera huius acceperant, in exilium actus: mox ipso referente Pompeijo^k redijt, eumque ciuili^l bello secutus est. Quo victo^m veniam à Cæsare vltroⁿ accepit: quo interfecto Augustum fouit; Antonium hostem iudicauit. Et cum i i i. Viros^p se fecissent, Cæsar, Lepidus, Antoniusque, concordia non aliter visa est inter eos iungi posse; nisi Tullius necaretur: qui, immissis ab Antonio percussoribus, cum fortè Formijs quiesceret, imminens exitium corui auspicio didicit: & fugiens occisus est. Caput ad Antonium relatum.

V

Marcus Brutus.

82

M A R C V S Brutus auunculi Catonis imitator, Athenis Philosophiam, Rhodi eloquentiam didicit. Cytheridem^a mimam cum Antonio & Gallo amauit. Quæstor in Galliam proficisci noluit, quòd is bonis omnibus displicebat. Cū Appio Claudio in Cilicia fuit: & cum ille reperundarum accusaretur; ipse ne verbo quidem infamatus est. Ciuili bello à Catone ex Cilicia retractus, ^a Pompeijum secutus est. quo victo, ^b veniã à Cæsare accepit, & Proconsul^c Galliam rexit, tamen cum alijs coniuratis in curia Cæsarem ^d occidit. Et ob inuidiam veteranorum in Macedoniam missus, ab Augusto in campis Philippicis victus, ^e Stratoni ceruicem præbuit.

C. Cassius

a De qua Virg.
Ecloga. X. & ibi
Seruius, & Cic.
Philip. 2. & lib. X.
ad Att. epist. 12.

a 150CCIV.
b 150CCV.
c 150CCVII.

d 150CCVIII.

e 150CCXI.
Philippijs constanter
in M. ff.

C. Cassius Longinus.

VI.

CASSIVS Cassius Longinus Quæstor Crassi in Syria fuit, post cuius cædem, collectis reliquijs in Syriam redijt. Ofacem præfectum regiû apud Orontem fluuium superauit. Dein quòd coëmtis Syriacis mercibus fœdissimè negotiaretur, Caruota * cognominatus est. Tribunus pleb. Cæsarem oppugnauit. Bello ciuili Pompeijum secutus classi præfuit : à Cæsare veniam accepit, tamen aduersus eum coniurationis auctor cum Bruto fuit, & in cæde dubitanti cuidam, vel per me, inquit, feri: magnoque exercitu comparato, in Macedonia Bruto coniunctus in campis Philippicis ab Antonio victus, cùm eandem fortunam Bruti putaret, qui Cæsarem vicerat, Pandaro liberto iugulum præbuit. Cuius morte audita, Antonius exclamasse dicitur, Vici.

10cc.
10ccII.* Varro lib. 1.1. de
re rust. ca. 1. extr.
Non scitis palmulas
caryotas Syria
parere in iudæa, in
Italia non posse?
De Caryotis sapa
Plinius.
10ccIV.
10ccIX.

10ccXI.

10ccXI.

Sextus Pompeius.

VII.

SEXTVS Pompeius in Hispania apud Múdam^a victus, amisso fratre, reliquijs exercitus collectis Siciliam petijt : vbi ruptis ergastulis mare obsedit. Interceptis comitatibus Italiam vexauit: & cùm mari feliciter vteretur, Neptuni se filium confessus est, eumque bobus auratis & equo placauit. Pace^b facta epulatus in naui cum Antonio & Cæsare non inuenustè ait : Hæ sunt meæ carinæ : quia Romæ in Carinis domû eius Antonius tenebat. Rupto^d per eundem Antonium fœdere, Sextus ab Augusto per Agrippam nauali prælio^e victus in Asiam fugit, vbi ab Antonianis militibus occisus est.

10ccXIX.

10ccXIII.

e Ad Telluris adem
in qua regione Pom-
piorum domus.
Sueton. de illust.
Gramm.
10ccXVII.
e 10ccXVIII.

Marcus

a 10ccIX.

MARCVS Antonius in omnibus expeditionibus Iulio Cæsari comes, Lupercalibus^a diadema ei imponere tentavit: mortuo divinos honores decrevit. Augustū perfidiosè tractavit, à quo apud Mutinam victus, Perusij fame domitus in Galliam fugit: ibi Lepidum sibi collegā^b adiūxit: Brutum, exercitu eius corrupto, occidit: Reparatis viribus in Italiam regressus cum Cæsare in gratiam redijt. Triumvir factus^c proscriptionem à Lucio Cæsare auunculo suo^d cœpit. In Syriam

b 10ccX.

missus bellum Parthis^e intulit, à quibus victus, vix tertiam partem de quindecim legionibus in Ægyptum perduxit: ibi Cleopatram amore deinctus in Actiaco litore ab Augusto^f victus est. In Alexandriam regressus, cum habitu regio in solio regali sedisset, necem^g sibi conscivit.

^e fil. R. P. C. id est, reipub. constituenda
d 10ccX.

e 10ccXIX.

missus bellum Parthis^e intulit, à quibus victus, vix tertiam partem de quindecim legionibus in Ægyptum perduxit: ibi Cleopatram amore deinctus in Actiaco litore ab Augusto^f victus est. In Alexandriam regressus, cum habitu regio in solio regali sedisset, necem^g sibi conscivit.

f 10ccXXII.

missus bellum Parthis^e intulit, à quibus victus, vix tertiam partem de quindecim legionibus in Ægyptum perduxit: ibi Cleopatram amore deinctus in Actiaco litore ab Augusto^f victus est. In Alexandriam regressus, cum habitu regio in solio regali sedisset, necem^g sibi conscivit.

g 10ccXXII.

IX. *Cleopatra Regina.*

86

10ccVI.

CLEOPATRA Ptolemæi regis Ægyptiorum filia, à fratre suo Ptolemæo eodemque marito, quem fraudare regno voluerat, pulsa, ad Cæsare bello civili in Alexandriam venit: ab eo specie sua & concubitu, regnum Ptolemæi & necem impetrauit. Hæc tantę libidinis fuit, vt sæpè profiterit: tantę pulcritudinis, vt multi noctem illius morte emerint. Postea Antonio iuncta, cū eo victa, cū se illi inferias ferre simularet in Mausoleo eius, admotis aspidibus perijt.

h 10ccXXIV.

AVRELI

AURELIIVICTORIS
HISTORIÆ ABBREVIATÆ
PARS ALTERA:

Ab Augusto Octauiano, id est, à fine Titi Li-
uij, vsque ad Consulatum decimum Con-
stantij Augusti, & Iuliani Cæsaris tertium.



N^o Vrbis septingentesimo fe-¹⁰ccxxxii.
rè, vicesimoque II. etiam mos
Romæ incessit, vni prorsus parè-
di: Namque OCTAVIANVS
patre OCTAVIO, atq; adoptio-
ne magni auunculi Cæsaris, ac
mox Procerum consulto ob victoriam patriam
placide exercitam, AVGVSTI cognomento di-
ctus, illectis per dona militibus, atque annonæ
curandæ specie vulgo, ceteros haud difficulter
subegit: Eoque modo annis quatuor circiter &
quadraginta actis, morbo Nolæ cõsumtus: adie-
ctis imperio ciuium Rhetis, Illyricoque, ac paca-
ta exter-

G

ta externarum gentium ferocia, nisi Germania: Quamquam tertius post NVMAM victo ANTONIO, Ianum clauferit, quod iure Romano, quiescentibus bellis accidebat. Mores viro ciuiles lepidique, flagrante haud modicè luxuria, ludorumque cupidine atque ad somnum intemperantie. Doctorum, qui abunde erant, necessariorumque percultor, cum eloquentiæ studio, ac religionibus mirè retineretur. *Pater patria*, ob clementiam, ac Tribunicia potestate perpetuò habitus: hincque vti Deo, Romæ prouincijsque omnibus per vrbes celeberrimas, viuo, mortuoque templa, sacerdotes, & collegia sacrauere. Felix adeò (absque liberis tamen simulque coniugio) vt Indi, Scythæ, Garamantes, ac Bactri legatos mitterent orando fœderi.

1900CLXVI.



DEIN CLAV-
 DIVS TIBERIVS
 NERO in Augusti
 liberos è priuigno
 redactus arroga-
 tione, vbi que me-
 tuebatur, satis tu-
 ta animaduerit,
 Imperium com-
 plexus est, cuius
 nomen astu obtri-
 nebat: subdolan & occultior, hisque sæpe simu-
 lando infensus, quæ maximè cuperet, & insidio-
 sè deditus, quæ odio erant: ingenio ad repentina
 longè aciore: bonis inijs idem perniciosus,
 quæ sitissimis in omnem ferè ætatem sexumque
 libidini

libidinibus: atque atrocius puniēs infontes, suos
pariter externos que. Adhuc dum vrbes & con-
uentus [adhuc] exsecratur, Capreas in ſulā quæ
ſierat flagitijs obtentui: Quare ſolutis militiar-
tibus direpta pleraque iuris Romani: nihil que
præter Cappadocias, id que inter exedra, in pro-
uincia ſubactum, remoto rege Archelao, com-
preſſa que Gætulorum latrocinia, quæ de Farna-
ce duce paſſim proruperant. Prætorias que di-
ſperſæ proximis municipijs, ſeu Romæ, quæ que
per domos habebantur, in caſtra apud Vrbe
redegit; qua tenebantur Præſecturam appellans, i
vel augens, Prætorio: Nam ceteros paſſorum
Præſides que Auguſtus inſtituerat.



3. I. Q. I. T. V. R. Claudio
Tiberio iam in ſer-
dijs oppreſſo, cum
imperium tres at-
que viginti præui-
octogefimū, vno
minus annos caſ-
giſſet, Caius Cæ-
ſar: cognomento
CALIGNIA, auo-
ſibus, cuius deli-
gitur, maiorum gratiæ parentis que. Nam que pen-
ſiam proauus Auguſtus genere materno, Agripæ
pa; Præſus, Germanici pater, è quo is oriēbatur,
aui erant. Quorum modeſtia atque inamaturus,
abſque Octauiani, interitu, vulgus, ſimul matris
fratrum que, quos Tiberius exitio interceperat, i
permouebatur. Qua cauſa nitebantur omnes

G 2

caſum

casum tanta familia lenire adolescentuli spe: Tu
 quia natus in exercitu (vnde cognomentum cal-
 ciamonto militari quasi fuerat) legionibus carus
 acceptusque habebatur. Preterea prudētissimus
 quisque similem fore sui credebat, quod longe
 secus, quasi natura lege, quae crebro tamquam ex
 industria malos è bonis; agrestes è doctioribus;
 & ceteros huiuscemodi seu contra gignit. Quo
 dea ut exemplo sapientium plures caruisse liberis
 vilis duxere. Ceterum in Caligula haud qua-
 quam vero plurimum aberant; quippe qui diu
 in mania; animi ita pudore; ac patendi specie
 obtexerat, ut merito vulgaretur, neque meliores
 famulos neque atrociores dominum illo fuisse.

Denique nactus potestate, ut talia ingenia veteris
 solent anni mensibus, egregia ad populum in-
 ter partes cum militibus gessit; delataque conu-
 ratione, quasi minus credens, predicaret, vix co-
 uenire in eum, cuius vita nullius oneri aut in-
 commodi esset. Sed repente caelis primum vario
 fauore innoentium paucioribus, tamquam
 belluæ hausto sanguine ingenium exercuit: itaque
 deinceps triennium consumtum, cum Senatus
 atque optimi cuiusque multiplici clade terrarum
 orbis foedaretur. Quin etiam sororum stupro ac
 matris inuicis illudens nobilibus Deorum habitu
 incedebat, cum louem se ob incestum; ex thoro
 autem Bacchicali Liberum se affereret. Neque
 secus contractis ad unum legionibus, spe in Ger-
 maniam transgrediendi; conchas umbilicosque
 in ora maris Oceani legi iussit: Cum ipse nunc
 fluxu cultu Venerioque interesset; nunc armatus;
 miles spolia

spolia à se non ex hominibus, sed caelestium capi
 dictitaret: scilicet quòd huiusmodi pisces Græco-
 rum dicto, quìs augendi omnia studiũ est, Nym-
 pharum lumina accepisset. His elatus dominum
 dici, atque insigne regni capiti neclere tentaue-
 rat. Qua caussa auctore Cherea moti, quibus
 Romana virtus inerat, tanta pernicie Rempub.
 confosso eo leuare: praelatumque excellens Bruti
 facinus eiecto Tarquinio foret, si per Quirites
 modò militia exerceretur. Verum vbi ciues desi-
 dia externos, Barbarosque in exercitum cogere
 libido incessit; corruptis moribus libertas op-
 pressa atque habendi auctum studium. Interim
 dum Senatus decreto gentem Cæsarium, etiam
 muliebri sexu, omnemque affinitatem armati
 persequuntur, fortè vnus ortus Epiri è cohorti-
 bus que palatiũ per opportunos locos obsidebãt,
 ti. Claudiũ occultantè se reperit deformi latebra:
 protractoq; eo exclamat apud socios; si sapiãt, ad-
 esse principè. Et sanè quia vecors erat, mitissimus
 videbatur imprudẽtibus: Que res aduersum ne-
 fariã patrui Neronis mentè auxilio, neq; apud fra-
 tris filiũ Caligulã inuidiẽ fuit: quin etiã militares
 plebisque animos conciliauerat, dum flagrante
 suorũ dominatione, ipse contemptui miserabilior
 haberetur. Talia plerisque memorãtib; repentè
 eũ, nullo retractante, quæ aderant turba circũsi-
 stunt, simulque affluebant reliqui militũ & vulgi
 magna vis: Quod vbi Patres accepẽte, mittunt
 ocyus ausum comprimere. Sed postquam varijs,
 tectisque seditionibus ciuitas cunctique ordines
 lacerabantur, tãquam ex imperio omnes dedere

se: Ita Romæ Regia potestas firmata, proditum-
que, apertius *mortalium conatus* vacuos à Fortu-
na callosque esse.

CCXCIV.



IGITUR CLAV- 4
DIVS, quamquam
ventri fœdè obe-
diens, vecors iuxta
atque immemor,
pavidusque animi
& ignavior esset;
pleraque per for-
midinè tamè egre-
giè consultabat,
Nobilitatis præci-
pua consilijs quæ metu colebatur: Quippe *stoli-*
dorum ingenia proinde agunt, vt monitors sunt.

Denique bonis auctoribus compressa per eum
vitia, ac per Galliam Druidarum famosa super-
stitutiones: lata iura quam commodissima; curatū
militiæ officium: retenti fines, seu dati imperio
Romano, Mesopotamia per Orientem; Rhenus,
Danubiusque, ad Septentrionem; & à Meridie
Mauri accessere provincijs, demtis regibus post
Iubam: cæsaque Musalamiorum manus; simul,
ultima occasus, Britannia partes contusa, quam
solam adiit, Ostia profectus mari: nã cetera du-
ces curauere. Adhuc annonæ egestas composita,
quam Caligula induxerat, dum ad actis toto orbe
navigijs, peruiū mare theatris curribusque dam-
no publico efficere contendit. Neque secus censu
nouato, cum Senatu motis pluribus, lasciuum
adolefcentem, quem sibi probatum parens asse-
ruerat,

ruerat, retinisset, Césorem & liberis patrem debere esse, rectè adiecerat. Ast vbi Messalinæ cõiugis, simulque libertorum delinimentis, quibus semet dederat, in prauum abstractus, non illa modo Tyrannorum admiffa, verùm quæ postremum genus mulierum, atque seruilè quibat facere viro amenti dominoque. Namque vxor primò passimque, quasi iure, adulteris vtebatur: eoque extincti cum suis plerique, ingenio, seu metu abstinentes; dum peruagatis mulierum artibus peti se à petitis criminatur. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas, & virgines, scortorum modo secum prostituerat: coactique mares vti adessent: Quod si qui talia horruerat; afflicto crimine, in ipsum omnemque familiam sæuiebatur. Namque Claudium, vti suprà docuimus, natura performidolosum, iniecto metu sui agitabant, maximè coniurationis: Quo commẽto liberti etiam, quos vellent, perditum ibāt. Qui primò sceleribus collubentes, vbi pares patronæ facti sunt, eam quoque ignaro, quasi iubente tamen, domino, per satellites interfecere. Et sanè in id progressa mulier erat, vti, animi ac pellicũ gratia Ostiam profecto, Romæ nuptias cum altero frequentaret. & hinc notior, dum mirum videretur apud Imperatorem virum, quàm Imperatori nuptam esse. Ita liberti potestatem nacti summã stupris, exsilio, cæde, proscriptionibus, omnia fœdabant, eoque herilem stultitiam perpulere, vti senex fratris filiam in nuptias concupisceret. Quæ quamuis superiore absurdior haberetur, idcircoque paria extimesceret; veneno coniugè interemit.

interemit. Huius anno sexto, cum quatuordecim regnarit, octingentesimus Urbis mirè celebratus, visusque apud Ægyptum Phœnix, quam volucrum ferunt anno quinquagesimo ex Arabis memoratos locos aduolare: atque in Ægæo mari repente insula ingens emerit, nocte qua defectus Lunæ acciderat. Tetræ funus, vti quondam in Prisco Tarquinio, diu occultatum: dum arte mulieris corrupti custodes, agrum simulant, atque ab eo mandatam interim priuigno, quem paullo antè in liberos adsciuerat, curam Reipublicæ.

1300000000



Eo modo L. D O S
MITIVS (nam id certè nomen Neroni, patre Domitio, erat) Imperator factus est. Qui cum longè adolescens dominatum parem annis vitricogessisset, quinquennium tamen

tantus fuit, augèda vrbe maximè, vti meritò Traianus sapius testaretur, *procul differre* cunctos Principes Neronis quinquennio: quo etià Pontû in ius prouinciæ, Polemonis permissu, redegit, cuius gratia Polemoniacus Pontus appellatur: itemque Cottias alpes, Cottio rege mortuo. Quare satis compertum *neque animum* impedimento virtuti esse: eam facilè mutari, corrupto per licentiam ingenio: omissamque adolescentiæ quasi legem, perniciosius repeti. Namque eo dedecore
reliquum

reliquum vitæ egit, vti pigeat, pudeatque memorare huiuscemodi quemquam, nedum rectorem gentiũ, fuisse. Qui dum psallere per cœtus, Græcorum inuento, in certamen coronæ cœpisset; eò progressus est, vti neque suæ, neque aliorum pudicitia parcens, ad extremum amictus nubentiũ virginum specie, palam Senatu, dote data, cunctis festa more celebrantibus, in manum conueniret lecto ex omnibus prodigiosis. Quod sanè in eo [narrantur scelera Neronis] leuius estimandũ. Quippe noxiorum vinctis modo, pelle tectus feræ, vtrique sexũ genitalia vultu contrectabat; Exactor parium maiore flagitio. Atque inter hæc matrem etiam contaminauisse plures habent; dũ ea quoq; dominandi ardore, scelere quolibet subijci filiũ cupit. Id ego, quamquã scriptoribus diuersa firmatibus, verũ puto: Namq; *vbi mentẽ* inuaserint vitia, nequaquã verecũdiæ externis societate humanius datur peccandi cõsuetudo, noua, & eo dulciora, affectas, ad extremũ in suos agens: Quod his proditũ magis, dũ quasi quodã progressũ, illapet alteros ad Patruĩ nuptias, atq; alienorũ cruciatibus, mariti exitiũ: hic paulatim ad sacerdotẽ Vestẽ, deinde in se, postremò vterq; in sui scelus processerunt: Neque blandimentis talibus tamen coalescere potuere, sed eo præcepti dati, dum insidiantur inuicem, mater peruersa interijt. Igitur cum omne ius, fasque parricidio triuisset, ac magis, magisque in optimos sæuiretur, coniurauere plures varia sanè tempestate, ad liberandam Rempub. Quis proditis, cæsisque inmanior, urbem incendio, plebem feris vulgo

G 5 ẽmissis,

emissis, Senatū pari morte tollere decreuerat, noua sede regno quæsitā, maximeque incitante legato Parthorum, qui fortè inter epulas, aulicis, vti mos est, canentibus, cū sibi citharistam poposcisset; responso dato, liberum esse adiecerat, siumeret ipse quem vellet è suis, ostentans qui conuiuio aderant: quòd *liber sub imperio nullus haberetur.* Ac ni Galba, qui Hispaniæ præsidebat, cognito mandatum sui exitium, quamquam senecta ætate, imperio correpto subuenisset; tantū facinus haud dubiè patraretur. Verū eius aduentu desertus vndique, nisi ab spadone, quē quondā exfectū formare in mulierem tentauerat, semet ictu transegit: cū implorans percussorem, diu ne ad mortē quidem meruisset cuiusquā officium.

Hic finis Cæsarum genti fuit, quem fore prodigiorum multa denunciauere, præcipueque eorum prædijs arescens lauri nemus dicatum triumphantibus; atque interitus gallinarū, quæ ad eò multæ, albæque, aptiores erāt religionibus, vt ijs Romæ habeatur hodie locus.

DCCCXXI.



AT GALBA, haud
secus nobilis è gē-
te clarissima Sulpi-
ciorum, vbi Ro-
mam ingressus est
quasi luxuriæ aut
etiam crudelitati
auxilio vētitasset;
rapere, trahere,
vexare, ac fædum
in modum vasta-
re cuncta,

re cuncta, & polluere. Quis rebus instabilior
(dum *gravius offendunt* quos mollius consultu-
ros spes erat) simul quia opes militum nimis pe-
cunię cupidus attenuauerat, Othone auctore in-
terficitur: qui prelatum adoptione eius Pisonem
impatiens dolens, accensas cohortes, arma-
tasque in forū deduxerat: Quò cū lorica tectus
Galba tumultum leniturus contenderet; ad lacū
Curtiū cæsus est mense Imperij ac die septimo.

7



IGITUR SAL-^{1566XXXII.}

VIVS OTHO,
Neroni quoque
quondam crimi-
nosè familiaris,
haud multo sine
adolescētia gran-
dior potetiam in-
uadit: Qui dies fe-
rè quinq; & octo-
ginta præcognitis

moribus potitus, postquam à Vitellio, qui è Gal-
lia descenderat, Veronensi prælio pulsus est;
mor tem sibi consciuit.

8. ITA ad AVLVVM VITELLIVM potestas ^{1566XXXII.}

delata; quæ progressu funestior talibus inijtis fo-
ret, si Vespasianus aliquandiu Iudæorum bello;
quod Neronis iussu susceperat, impensius attine-
retur. Is vbi gesta per Galbam, ipsumque op-
pressum accepit; simul quoniam legati Mœsiæ,
Pannonicique exercitus hortantium venerant,
Imperium capit: Namque milites prædicti, post-
quam Othonem pratorijs, Vitellium Germani-
cianis



cianis legionibus factum compere-
re, æmuli, vt inter se solent, ne diffi-
miles viderentur; Vespasianum per-
pulerè; in quem iã Syriacæ cohortes
ob egregia vitæ cõ-
senserant. Quippe
Vespasianus noua

Senator familia, Reatinis maioribus, industria
rebusque pacis ac militiæ longè nobilis habeba-
tur. Huius legatorum in Italiam transgressu, fu-
sisque apud Cremonam suis, Vitellius ab Sabi-
no, Vrbi præfecto, Vespasiani fratre, festertium
millies pepigerat, arbitris militibus Imperio de-
cedere: sed postquam mox circumuentum se nũ-
cio ratus est, quasi renouato furore ipsum ceteros-
que aduersæ partis, cum Capitolio, quod saluti
remediũ ceperant, cremauit. Ast vbi vera esse, ac
propinquare hostes patefactum est; productus è
tugurio, quò se abdiderat, ianitoris iniecto la-
queo, parricidarum more, ad scalas Gemonias,
perque eas pertractus; simul ictibus, quantum
quisque valuerat, confosso corpore in Tiberim
deicitur tyrannidis octauo mense: annos natus
septuaginta & quinque amplius.

Hi omnes, quos paucis attigi, præcipueque
Cæsarum gēs, adèd litteris culti, atque eloquen-
tia fuere, vt ni cunctis vitijs (absque Augusto)
nimij forent; tantæ artes profectò texissent mo-
dica

dica flagitia. Quis rebus quamquam satis cōstet
præstare mores; tamen cuique præsertim summo
Rectori, utroque, si queat, iuxta opus: sin autem
vitæ proposito in immensum progrediente, ele-
gantia satis atque auctoritatis sumat eruditione.



Hoc item ex ge-
nere VESPASIA-
NVS, sanctus om-
nia, facundie haud
egens promendis
quæ senserat: ex-
sanguem diu, fes-
sumque terrarum
orbem breui refe-
cit: Namque pri-
mum satellites ty-

1000000000

rannidis, nisi qui foret atrocius longè processer-
ant, flectere potius maluit, quam excruciatos de-
lere: Prudentissimè ratus, nefaria ministeria à
pluribus metu curari. Dein coniurationum mul-
tas scelere inulto abscedere patiebatur; comiter,
vix erat, stultitia arguens, qui ignorarent *quanta*
mole molestiaque imperio inesset. Simul diuinis
deditus (quorum vera plerisque negotijs com-
pererat) successores fidebat liberos Titum ac Do-
mitianum fore. Præterea legibus æquissimis mo-
nendo, quod que vehementius est, vitæ specie vi-
tiorum plura aboleuerat: Infirmius tamen, ut
quidam præue putant, aduersum pecuniam. Cum
satis constet, ararij inopia, ac labe urbium, nouas
eum neque aliquandiu postea habitas, vectiga-
lium pensiones exquisuisse. Namque Roma

1111111111

Capito-

Capitolium, quod conflagrasse supra memorauimus, aedes Pacis, Claudij monumenta, Amphitheatrum tanta vis, multaque alia, ac forum cœptum ac patrata. Adhuc per omnes terras, qua ius Romanum est, renouatae vrbes cultu egregio, viaque operibus maximis munita, & cauari montes per Flaminiam, prono transgressu. Quae tot tantaque breui confecta, intactis cultoribus; prudentiam magis quam auaritiam probauere: simul cœsu more veterum exercito, Senatu motus probrosior quisque, ac, lectis vndique optimis viris, mille gentes composita, cum ducentas ægerrimè reperisset, extinctis seuitia Tyrannorum plerisque: Ac bello Rex Parthorum Vologesus in pacè coactus, atque in prouinciâ Syria, cui Palaestina nomen, Iudaique annitente filio Tito: què transgrediens in Italiam, reliquerat externa militiam: moxque victorem Praefectura Praetorio extulerat. Vnde etiam honos is, ingens à principio, tumidior, atque alter ab Augusto imperio fuit. Verum hac tempestate duos honorem honestas despectatur, mistique bonis indocti, ac prudentibus inertes sunt, fecere nomen plerique potentia vacuum insolens per iniurias, subiectum pessimo cuique, & annonae specie rapax.

MCCCXXXII.

CETERVM TITVS, postquam imperium adeptus est, incredibile [est] quantum què imitabatur, antecedit: praesertim litteris, clementiaque ac muneribus. Denique dum concessa per priores Principes firmari ab insequentibus mos esset, simul imperium cepit, talia possidentibus edicto sponte cauit, prospexitque: neque minus sancti
facilis



facilis in tuendis ,
qui fortè in se cõ-
spirassent : ad eò vt
cũ amplissimi or-
dinis dico, abnue-
re cogitatum sce-
lus nequirent; Pa-
tresque cõfuisent
de confessis sup-
plicium sumendũ,
deductus in spe-

Etaculum se vtrumque assidere iussit, petito-
que ex industria gladiatoris, quorum pugna
viscebantur, gladio, quasi ad explorandã aciem,
vni atque alteri committere : Quis percussis, &
constantiam mirantibus, Videri sine, inquit, pote-
states fati dari, frustra que tentari facinus potiũ-
di spe, vel amittendi metu? Ita biennio post, ac-
mensis ferè nouem Amphitheatri perfecto ope-
re, lautusq; veneno interiit, anno aui quadrage-
simo; cùm eius pater septuagesimo obiisset, Im-
perator decennij. Huius sanè mors ad eò prouin-
cijs luctui fuit, vti generis humani delicias appel-
lantes, orbatum orbem deflerent.

21 I G I T V R D O M I T I A N V S fratris atque Imperatoris optimi nece, priuato scelere publi-
coque amentior, simul maculosa adolescentiã,
prædas, cædem, supplicia agere occupit. Maiori
libidinum flagitio, ac plus quam superbè vtens
patribus : Quippe qui se dominum Deumque
dici coegerit : quod confestim ab insequentibus
remotum, validiùs multo posthac deinceps, re-
tulere.



tulère. Sed Domitianus primò clementiam simulàs, neque adèò iners domi, belloque tolerantior videbatur : Idcircoque Dacis & Cattorum manu deuictis, Septembrem Octobremque menses,

Germanici superiorem; è suo nomine alterù appellauerat: multaque opera inchoatà per patrem, vel fratris studio, atque in primis Capitoliù absoluit. Dehinc atrox cædibus bonorum, segnisque, ridiculè remotis procul omnibus, muscarù agmina persequēbatur, postquam ad libidinem minus virum erat, cuius fœdum exercitiù Græcorum lingua *μυσκαριον* vocabat: hincque iocorum pleraque: Nam percunctanti cuidam, Quis quàmne in Palatio esset, responsum: Ne musca quidem, nisi fortè apud palæstram. Is ergo magis magisque seuitia nimius, eoque suspectior, etià suis, libertorum consilio, vxore non ignara, quæ amore histrionis viro prætulerat, poenas luit; quinto & quadragesimo anno vitæ, dominationis circiter quintodecimo. At Senatus gladiatoris mote fupus ferri, radendumque nomen decreuit. Quo moti milites, quibus priuatæ commoditates dispendio publico largius procedunt, auctores necis ad supplicium petere, more suo seditiosius, cæperunt. Qui vix a greque per prudentes

dentes cohibiti, tandem in gratiam Optimatum cōuenère: Neque minus per se moliebantur bellum, quod his conuersum imperium maſtitia erat, ob omiſſionē prædarum per dona munifica.

Haecenus Romæ, ſeu per Italiam orti Imperiū rexere: hinc aduenæ: Neſcio quoque an, vt in Priſco Tarquinio, longè meliores. At mihi quidem audienti multa legentiq̄ue, planè comper- tum, *urbem Romam* externorum virtute, atque inſitiuis artibus præcipuè creuiſſe.

12



100000LIX.

QVID enim NERVA Cretenſi prudentius, magisq̄ue moderatum? Qui cum extrema ætate apud Sequanos, quo tyranni deſecit metu, Imperiū arbitrio legionum cepiſſet; vbi proſpexit, niſi à ſuperioribus robuſtioribusq̄; corpore, animoq̄ue geri non poſſe, menſe ſexto ac decimo ſemet eo abdicauit, dedicato prius foro, quod appellatur Peruium: quo ædes Mineræ eminentior conſurgit, & magnificentiore. Id cum ſemper egregium ſit metiri quantū queas, neq; ambitione præceptum in imperio: cuius aded cupidi mortales ſunt, vt id vel vltima ſenectus auide petat. Huc accedit quod ſuſſecti virtute quantus conſilio eſſet, magis magisq̄ue parefecit.

13

NAMQVE VLPIVM TRAIANVM It- 100000LI.
 auditiom H lica



lica vrbe Hispaniæ
ortum, amplissimi
ordinis tamen atq;
cōsulari loco, adro-
gatū accepit & de-
dit. Hoc ægrè cla-
rior domi, seu mi-
litia reperietur.

Quippe primus,
aut solus etiam, vi-
res Romanas trans

Istrum propagauit, domitis in prouinciam Da-
corum pileatis Sacisq; nationibus, Decibalo
Rege ac Sardonios: simul ad ortum solis cunctæ
gentes, quæ inter Indum & Euphratem amnes
inclytos sunt, concussa bello, atque imperati ob-
sides Persarum regi, nomine Cosdroë, & inter
ea iter conditum per feras gentes, quo facilè ab
vsq; Pontico mari in Galliam permeatur. Ca-
stra suspectioribus atq; opportunis locis exstru-
cta; ponsq; Danubio impositus; ac deductæ
coloniæ pleræque. Adhuc Romæ à Domitiâ
no capta fora, atque alia multa, plusquã magni-
ficè coluit, ornauitq; & annonæ perpetuæ mi-
rè consultum, reperto firmatoq; Pistorum col-
legio: simul noscendis ocycus, quæ vbique è Rep-
gerebantur admota media publici cursus. Quod
equidem munus satis vtile, in pestem orbis Ro-
mani vertit posteriorum auaritia, insolentiaq; ue-
nisi quoddam his annis suffectæ vires Illyricò sunt,
Præfecto medente Anatolio. *Boni, maliq; in Re-
pub. nihil est, quod in diuersum traduci nequeat*
moribus

moribus præſidentium. Æquus, clemens, patientiſſimus, atque in amicos perfidelis: Quippe qui Sure familiari opus ſacrauerit, quæ Suranæ ſunt: vſque eò innocentia fidens, vti Præfectum Prætorio Saburanum nomine, cum inſigne poteſtatis, vti mos erat, pugionem daret, crebro monuerit: Tibi iſtum ad munimentum mei committo, ſi rectè agam: ſin aliter, in me magis: Quod *moderatore* omnium vel errare minus fas ſit. Quin etiam vinolentiam, quo vitio, vti Nerua, angebatur, prudentia molliuerat; curari vetans iuſſa poſt longiores epulas. His virtutibus acto Imperio annos prope viginti, cùm terræ motu graui apud Antiochiam ceteraque Syriæ * extremis afficeretur. rogatu Patrum militiam repetens, morbo periit, grandæua ætate; adſcito prius ad Imperiũ Hadriano ciue propinquoque. Abhinc diuiſa nomina Cæſarum atque Auguſti: inductumque in Rempublicam, vti duo, ſeu plures ſummæ poteſtatis, diſſimiles, cognomento ac poteſtate diſpari ſint. Quamquam alij Plotinæ, Traiani coniugis fauore Imperium aſſecutum putent, quæ viri teſtamento hæredem regni inſtitutum ſimularat.

14. I G I T V R Æ L I V S H A D R I A N V S eloquio, 1000CLXX.
togaque ſtudijs accommodatior, pace ad Orientem compoſita, Romam regreditur: ibi Græcorũ more, ſeu Pompilij Numæ, cærimonias, leges, gymnafia, doctoresque curare occæpit: Adeò quidem, vt etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant, conſtitueret. Atque initia Cereris, Liberæque quæ Eleuſina dicitur,
H 2 Athenien-



Atheniēsiū modo
Roma percoleret.
Deinde, vti solet,
tranquillis rebus,
remissior rus pro-
prium Tibur seces-
sit, permissa Vrbe
Lucio Ælio Cæsa-
ri: Ipse, vti beatis
locupletibus mos,
palatia exstruere,

curare epulas, signa, tabulas pictas: postremò om-
nia fatis anxie prospicere, quæ luxus lasciuiaëque
essent. Hinc orti rumores mali, iniecisse supra
pueribus, atque Antinoi flagrauisse famoso mi-
nisterio, neque alia de causa urbem conditã eius
nomine, aut locasse Ephebo statuas: Quæ quidẽ
alij pia volūt, religiosaque: quippe Hadriano cu-
piente fatum producere, cum voluntarium ad
vicem Magi poposcissent, cūctis retractantibus,
Antinoum obiecisse se referunt: hincque in eum
officia supradicta. Nos rem in medio relinque-
mus: quamquam in remisso ingenio suspectam
æstimantes societatem aui longè imparilis. Inte-
rim Ælio Cæsare mortuo, cum ipse animo parũ
valeret, idcircoq; despectui haberetur, ad crean-
dum Cæsarem Patres conuocat. Quibus prope-
rè accurrentibus, fortè Antoninum conspexit se-
nis soceri, aut genitoris anxios gressus leuantem
manu: Quo mirè oblectatus, adoptatum legibus
Cæsarem iubet, statimque ab eo Senatus, cui lu-
dibrio fuerat, magnam partem necari. Neque
multo

multo pòst apud Baias tabe interijt : anno imperij, absque mense, vicesimo secundo, senecta viridiorè. At patres ne Principis oratu quidè ad Diui honorem eidem deferendum flectebantur; tantum amissos sui ordinis tot viros mærebant. Sed postquam subitò prodire, quorum exitium dolori erat, quique suos complexi, censent quod abnuerant.



AVRELIO ANTONINO cognomen Pij. Hunc ferè nulla vitiorù labes maculauit. Vir veterrimæ familiæ, è Lanuuino municipio, Senator vrbs: aded æqualis, probisq̃ue moribus, vti planè

docuerit, neque *ingi pace*, ac longo otio absoluta ingenia corrumpi: eoque demum *fortunatas vrbes* fore, si regnà sapientiæ sint. denique annis, quibus publica egit, viginti, idè mansit, celebrato magnifice Vrbs nongentesimo: Nisi fortè triumphorum expertem, *locordia* videtur: quod longè secus est, cum maius haud dubiè sit, neque quemquam turbare ausum composita, neque ipsum ostentandi sui bellum fecisse quietis gentibus. Quinetiam maribus frustratus, filia viro Reipublicæ consultauit.

16 NAMQVE M. Boionium, qui AVRELIVS CCI^o XIII. ANTONINVS habetur, eodem opido, pari nobilitate,



conjugis attaminavit: quæ in tantum petulantia proruperat, ut in Campania sedens, amœna litorum obsideret, ad legendos ex nauticis, quia plerumque nudi agunt, flagitijs aptiores. Igitur Aurelius, socero apud Lorios, anno vitæ post quintum & septuagesimum mortuo, confestim fratrem **LVCIVM VERVM** in societa-



tem potentia accepit. Eius ductu Persæ, cum primum superavissent, ad extremum triumpho cessere, Rege Vologeso. Lucius paucis diebus moritur: Hincque materies fingendi, dolo consanguinei circumuentum: Quem ferunt, cum invidia gestarum rerum angeretur, fraudem inter cœnam exercuisse. Namque sita veneno cultri

tri parte, vuluæ frustum, quod de industria solum erat, eo præcidit: consumtoque vno, uti mos est, inter familiares; alterum, qua virus contigerat, germano porrexit. Hæc in tâto viro credere, nisi animi ad scelus proni, non queunt. Quippe cum Lucium satis constet Altini Venetiæ vrbe consumtum, tantumque Marco sapientiæ, lenitudinis, innocentia ac litterarum fuisse, ut is Marcomannos, cum filio Commodo, quem Cæsarem suffecerat, petiturus, philosophorum obtestantium circûfunderetur; ne se expeditioni aut pugnae prius committeret, quàm sectarum ardua & occulta explanauisset. Ita incerta belli eius salute, doctrinae studijs metuebantur: tantumque illo imperante florere artes bonæ, ut illam gloriã etiam temporum putem. Legum ambigua mirè distincta, vadimoniorumque sollèni remoti denunciandæ litis, operiendæque ad diem commodè ius introductum. Data cunctis promiscuè ciuitas Romana: multæ vrbes conditæ, deductæ, repositæ, ornataeque; atque in primis Pænorum Karthago, quam ignis fœdè consumserat; Asiaeque Ephesus, ac Bithyniæ Nicomedia constratae terræmotu, æquè ac nostra ætate Nicomedia Cereali Consule. Triumpho acti ex nationibus quæ regi Marcomaro ab vsque vrbe Pannoniæ, cui Carnuto nomen est, ad media Gallorû protendebantur. Ita anno Imperij octauo, decimoque, æui validior, Vendobonæ interiit, maximo gemitu mortalium omnium. Denique qui seiuncti in alijs Patres, ac vulgus, soli omnia decreuere, templa, columnas, sacerdotes.



AT filius scæua à 17
 principio domina-
 tione detestabilior
 habebatur, præci-
 puè per maiorum
 controuersam me-
 moriam; quæ po-
 steris vsque eò gra-
 uis est, vt absque
 communi in im-
 pios odio, quasi

corruptores generis execrabiliores sint. Bello
 planè impiger, quo in Quados prosperè gesto,
 Septembrem mensẽ Commodum appellaue-
 rat, Mœnia Romana potentia vix digna, lauandi
 vsui instituit. Immiti prorsus feroque ingenio,
 ad eò quidem vt gladiatores, specie depugnandi,
 crebro trucidaret: cùm ipse ferrum obiectum
 veronibus plumbeis vteretur. Cumque eo modo
 plures confecisset, fortè eum Scæua nomine, au-
 dacia ac robore corporis pugnandi que arte per-
 uidens, ab studio tali deterruit, qui spreto gladio,
 quem inutilem cernebat, ufficere vtrique ait,
 quo armabatur ipse. Eo metu, ne inter congres-
 sum, vti solet, extorto pugione conficeretur, Scæ-
 uã remouit, atque ad alios formidolosior, in feras
 belluasque ferociam conuertit. Quis rebus cùm
 insatiabilem sanguinis cuncti horrescerent; con-
 iurauere (ne) in eum maximè proximus, quippe
dominationi ad eò fidus nemo: ipsique satellites,
 dum incestam mentem prauamque putant, &
 COMMODVM quidem primo occultatius ve-
 neno

nenopetiũere, anno regni tertio ferè atque decimo: Cuius * frustrata per cibum, quo se casu repleuerat; cùm tamen alui dolorem caussaretur, auctore medico, principe factionis, in palæstram perrexit. Ibi per ministrum vngendi (nam fortè is quoque è consilio erat) faucibus, quasi arte exercitij, Pacchiorum nodo validius pressis, exspirauit. Quo cognito Senatus, qui ob festa Ianuariorũ frequens primo luci conuenerat; simul plebes hostem Deorum atque hominum appellauere, radendumque nomen sanxere: cõfestimque Præfecto Vrbi AVLO HELVIO PERTINACI imperium defertur.

18



Hic doctrine omniscientis ac moribus antiquissimis: immodicè parcus, Curios equauerat Fabriciosque, Eum milites, quibus exhausto iam, perditoque orbe satis videtur nihil, impulsore Didio, fœdè iugula-

C ∞ XLVI.

tere octogesimo imperij die.

19

AT DIDIVS, (an Saluius?) IULIANVS fretus Prætorianis, quos in societatem promissis magnificentioribus perpulerat, ex Præfectura Vigilum, ad insignia dominatus processit. Genus ei pernobile, Iurisque vr bani præstans scientia: quippe qui primus Edictum, quod variè inconditeque à Prætoribus promebatur, in ordinem

C ∞ XLVI.

H s

compo-



cōposuerit. Hinc-
 que satis comper-
 tum, *cohibenda cu-*
pidini, ingenium
 ni iuuet, eruditione
 né imbecillé esse.
 Cùm præceptor &
 asper quidem, re-
 ctius viuendi, in
 facinus processerit,
 quod nouo suppli-
 cio plectendum ediderat : neque tamen cupito
 potitus diu: Namque eum, acceptis ilico quæ ac-
 ciderant, Septimius Seuerus, qui fortè Syriæ leg-
 atus, in extremis terris bellum gerebat, Impera-
 tor creatus, pontem proxime Miluium acie de-
 nicit: missique qui fugientem insequerétur apud
 palatium Romæ obruncauêre.

C c XLVI.



IGITUR SEPTI- 20
 MIVS, Pertinacis
 nece, simul flagi-
 tiorû odio, dolo-
 re, atque ira com-
 motior, cohortes
 Prætorias statim
 militia exemit: cû-
 ctisque partiû cæ-
 sis, Heluiû Sena-
 tus consulto inter

Diuos refert; Saluij nomen, atque eius scripta fa-
 ctæue aboleri iubet : quod vnû effici nequiuit.
Tantum gratia doctarû artium valet, vt scripto-
 ribus,

ribus, ne sãui mores quidẽ, ad memoriã officiãt: Quinetiã mors huiuscemodi, ipsis gloriã, exsecrationi actoribus est: Cũ omnes, præcipueq; posteri, sic habent, illa ingenia nisi publico latrocinio, ac per dementiã, opprimi nõ potuisse. Quo bonis omnibus ac mihi fidendũ magis, qui rure ortus, tenuique indocto patre in hæc tẽpora vitã præstiti, studijs tantis honestiorẽ. Quod equidẽ gentis nostrã reor, * quo fato quodam bonorũ parte sæcũda, quos eduxit tamẽ, quẽque ad celsa suos habet: velut Seuerũ ipsum, quo præclarior in Repub. fuit nemo: qui, quamquã exacta ætate, mortuum, iustitio elogioque lugendum sanxere: astruentes illum iustum nasci, aut emori minimẽ conuenisse. Scilicet quòd corrigendis moribus nimium, postquam ad veterum innocentia, quasi mentium saniratem, peruenerant, clementẽ habuere. Ita honestas, quã principio anxia habetur; vbi cõtigerit, voluptati luxuriãq; est. Pescẽnium Nigrum apud Cyzicenos, Clodiũ Albinũ



Lugduni victos coëgit mori: quorũ prior Ægyptũ dux obtinens, bellum mouerat, spe dominationis: Alter Per- tinacis auctor occidendi; cũ eo metu in Britãnos, quã prouinciã à Com- modo meruerat,

transmittere nitebatur; in Gallia inuaserat Imperium.

rium. Horum infinita cæde crudelior habitus, ac cognomento Pertinax: Quamquam ob vitæ parsimoniam similem, ipsum magis adsciuisse plures putent: nobis mens ad credendum prona, acerbitati impositum. Nam cum quidam hostiū, quem tamen, vti bellis ciuilibus solet, conditio loci ad Albinum detulerat, caussa exposita, nouissimè conclusisset: Quid, quæso, faceres, si tu esses? Ille respondit: Ea perferrem, quæ tu. Quo dicto, factoque durius nihil bonis: cum sanctiq; huiuscemodi dissensiones, quāuis studiosius cæptas, fortunæ increpent: magisque in protegendis, quàm ad perdendum ciues verum corrumpi, patiantur. At iste delendarum cupidus factionum, quo deinceps mitius ageret, necessitudinem facti vlcisci maluit, ne paullatim spe veniæ in labem publicam per coniurationes procederetur: ad quas vitio temporum animos *intelligebat. neque ego abnuo *ea delictorum* quæ grassari immodicè cœperint, plus pænè quàm seuerè excidenda esse. Felix ac prudens, armis præcipuè: adeò, vt nullo congressu nisi victor discesserit: auxeritque Imperium, subacto Persarum Rege nomine Agarro. Neque minus Arabas, simul adortus vt est, in ditionem redegit, prouincię modo. Adiabena quoque, ni terrarum macies despectaretur, in tributarios concessisset. Ob hæc tanta Arabicum, Adiabenicum, & Parthici cognomento Patres dixere. His maiora aggressus, Britanniam, quæ ad ea utilis erat, pulsis hostibus, muro muniuit, per transuersam insulam ducto, vtrisque ad finem Oceani. Quinetiam Tripoli, cuius

cuius Lepti opido oriebatur, bellicosæ gētes sub-
 motæ procul. quæ factu ardua, facilius eò patra-
 bātur, quo implacabilis delictis strennuū quem-
 que præmijs extollebat. Denique ne parua latro-
 cinia quidem impunita patiebatur, in suos ani-
 maduertens magis: quod vitio Ducum, aut etiam
 Præfectorum fieri vir experiens intelligeret: Phi-
 losophiæ, declamandi, cunctis postremò libera-
 lium deditus studijs: idemque abs se texta orna-
 tu & fide paribus composuit. Legum conditor
 longè equabilium. Huic tanto domi, forisque,
 vxoris probra summam glorię demserē: quam
 adeò famosè amplexus est, vti cognita libidine,
 ac ream coniurationis, retentari. Quod cum in-
 fimo turpe, tum potentibus; & illi magis cui non
 priuati, neque singuli, aut flagitiosi, verum Im-
 peria, & exercitus, atque ipsa vitia concessēre:
 Nam cum pedibus eger bellū moraretur, idque
 milites anxie ferrent, eiusque filium Bassianum,
 qui Cæsar vnà aderat, Augustum fecissent; in tri-
 bunal se ferri, adesse omnes, Imperatoremque ac
 Tribunos, Centuriones ac cohortes, quibus au-
 ctoribus acciderat; sisti, reorū modo, iussit. Quo
 metu stratus humi victor, cum tantorum exerci-
 tus veniam precaretur: Sentit sine, inquit, pulsans
 manu, *caput potius*, quam pedes imperare: Neque
 multo post Britannia municipio, cui Eboraci
 nomen, annis regni duodeuiginti morbo extin-
 ctus est. Ortus Medię humili, primo literis, dein-
 de imbutus foro: quo parum commodante, vti
 rebus artis solet; dum tentat, aut exquirat varia
 melioraque; conscendit Imperium. Ibi grauiora
 expertus,

expertus, laborem, curas, metum, & incerta prorsus omnia: quasi testis vitæ mortalium, *cuncta*, inquit, *fui*; conducit nihil. Funus quod liberi Geta Bassianusque Romam detulerant; mirè celebratum, illatumque Marci sepulcro: *adeò percoluerat, ut eius gratia Commodum inter Diuos referri suaserit, fratrem appellans; Bassianoque Antonini vocabulum addiderat: quod ex illo post multos dubiosque euentus, auspicia honorum cepisset patrocinio fisci. * dein de laborantibus secundarum initia earumque auctores memoriæ sunt.



AT posteri, quasi bellū inter se mandatis accepissent, confestim secessere. Ita Geta, cui nomen paterno ab auo erat, cum eius modestiore ingenio frater angere-
tur, obsessus interijt. Quæ victoria Papiniani exitio

fœdior facta, ut sanè putant memoriæ curiosi: quippe quem ferunt illo tempore Bassiani scrinia curauisse, monitumque, uti mos est, destinando Romam quamcelerrimè componeret, dolore Getæ dixisse; haudquaquam pari facilitate velari parricidium qua fieret: Iccirco morte affectum. Sed hæc improbè absurda sunt, cū constet satis, Præfecturam Prætorio gessisse, neque
inconditè

inconditè illum virum tantam contumeliam imponere potuisse, cui amoris ac magisterio erat.

21

CETERVM ANTONINVS COS LXV.

inco-
gnita munerū spe-
cie urbem Roma-
nā adijciens, quòd
indumenta in ta-
los dimissa largire-
tur, *Caracalla* di-
ctus: cum pari
modo vesti Anto-
nianas nomini suo

daret. Alamannos gentem populosam, ex equo mirificè pugnans, prope Mœnum amnè de-
uicit; patiens, communis, tranquillisque: pari
fortuna, & eodem matrimonio, quo pater: Nam-
que Iuliam nouercam, cuius facinora suprâ me-
morauimus, forma captus, coniugem affectauit; cum
illa factiosior, aspectui adolescentis, præsentia
quasi ignara, semet dedisset, in tecto corpore, asse-
rentique, Vellem, si liceret, vti: petulantius mul-
to (quippe quæ pudorem velamento exuerat)
respondisset; libet? planè licet. Ægypti sacra per
eum deportata Romam, atque aucta Vrbs ma-
gno accessu Viæ nouæ, & ad lauandum absolu-
ta opera pulchri cultus. Quibus confectis cum
Syriam circumgrederetur, anno potentia se-
xto moritur. Corporis reliqua luctu publico
relata Romam, atque inter Antoninos fu-
nerata sunt.

Dehinc



DE HINC OPILIVS 22
MACRINVS, qui
Praefecturam Prae-
torio gerebat, Im-
perator, eiusque
filius *Diadumenus*
nomine Caesar à
legionibus appel-
latur. Quibus, eo
quòd ingès amissi
Principis deside-
riù erat, adolescen-
tem Antoninù vo-
cauere. Horù ni-
hil prater fauos
atq; inciuiles ani-
mos interim repe-
rimus. Qua gratia
mèsibus fermè qua-
tuor ac decem vix
retèto imperio; per
quos creati fuerat,

interfecti sunt.

ACCITVSQVE MARCVS ANTONI- 23
NVS Bassiano genitus, qui patre mortuo, in So-
lis sacerdotium, quem Heliogabalum Syri vocat,
tamquam asylum insidiarum metu confugerat,
hincque *Heliogabalus* dictus: translatoque Ro-
mam Dei simulacro in palatij penetralibus [pa-
latia] constituit. Hoc impurius ne improba qui-
dem aut petulantes mulieres fuère: quippe orbe
toto obscenissimos perquirebat, visendis tra-
ctandisque



Etandisue arti-
bus libidinum
ferendarū: Hæc
cum aueretur
in dies , ac ma-
gis magisq; A-
lexandri , quem
comperta Opi-
lij nece Cæsare
nobilitas nun-
cupauerat , a-
mor cumulare-

24



tur; in castris Prætorijs tricesimo regni mense
oppressus est.

STATIMQVE ^{CO} LXXV .

AVRELIO A-
LEXANDRO Sy-
riæ orto , cui du-
plex, Cæsarea , &
Archa nomen est,
militibus quoque
annitentibus Au-
gusti potentia de-
lata: Qui, quanquã
adolescens , inge-

nio supra æuum tamen, confestim apparatu ma-
gno bellum aduersum Xerxem Persarum regem
mouet: quo fuso fugatoque, in Galliam maturri-
mè contendit, quæ Germanorum direptionibus
tentabatur. Ibi tumultuâtes legionum plerasque
constantissimè abiecit: quod in præsens gloriæ,
mox exitio datum. Nam cū tantę seueritatis vim

I milites

milites inhorrescunt, (vnde etiam Seueri cognomen-
 tum accesserat) agentē casu cum paucis vico
 Britanniae, cui vocabulum Sicila, trucidauere.
 Opus vrbi florentissimū celebri fabricatus est,
 matrisque cultu, quæ nomine Mamaea erat, plus
 quam pius. Adhuc Domitium Vlpianum, quem
 Heliogabalus Prætorianis præfecerat, eodē ho-
 nore retinens; Pauloque inter exordia patriæ
 reddito, iuris auctoribus, quantus erga optimos
 atque æqui studio esset, edocuit: Neque vltra an-
 nos tredecim Imperio functus Rempub. reliquit
 firmatam vndique: Quæ iam tum à Romulo ad
 Septimium certatim euolans Bassiani consilij;
 tamquam in summo constitit. Quo ne confestim
 laberetur Alexandri fuit: Abhinc dum dominan-
 di suis quam subigendi externos cupientiores
 sunt, atque inter se armantur magis Romanum
 statum quasi abrupto præcipitauere, immisi que
 in imperium promiscuè boni mali que, nobiles
 atque ignobiles, ac Barbariæ multi. Quippe vbi
 passim confusa que omnia, neque suo feruntur
 modo, qui que fas putant, vti per turbam, rapere
 aliena officia, quæ regere nequeunt, & scientia
 bonarum artium fædè corrumpunt. Ita fortunæ
 vis licentiam nacta, perniciofa libidine mortales
 agit: Quæ diu quidem virtute, vti muro prohi-
 bita, postquam pænè omnes flagitijs subacti
 sunt, etiam infirmis genere instituto que publi-
 ca permisit.

C CCCXCVIII NAMQUE CAIVS IVLIVS MAXIMI- 25
 NVS, præsidens Trebellicæ, primus è militari-
 bus, litterarū ferè rudis, potentiam cepit suffra-
 gijs



gijs legionū. Quod tamen etiam Patres, dum periculosum existimant inermes armato resistere, approbaerunt: filiusque eius pari nomine [Caius Iulius Maximinus] Cæsar factus est:

26



Quis bienniū ^{C^{oo}XC.} sumis potitis, haud incommodè prælio gesto contra Germanos, repētè ANTONINVS GORDIANVS Africae Proconsul, ab exercitu Princeps apud Thydrī opidū absens sit. Quò ut accitus peruenit, tamquā ea re creatus foret, seditione excipitur: qua lenita facillè Carthaginem petit. Ibi cum auertendis prodigijs, quorum metu haud inane agebatur, rem diuinā solitis ageret; repē



I 1

tē ho-

tè hostia partum edidit. Id haruspices, atque ipse maximè, nam huius scientiæ vsu immodicè prudens erat, ita acceperè, illum quoque destinatum neci, verum liberis pariturum imperiũ: progressi que coniectu longius liberi quoque exitum denunciauère, mitem atque innoxium præfantes fore, vt illud pecus, nec diuturnum tamen subiectum que insidijs. Interim Romæ comperito Gordiani interitu, hortate Domitio, Vrbi Præ-



fectus, reliqui que indices vulgo caduntur per Pratorias cohortes: quippe Gordianus, postquam delatum sibi imperiũ cognouit; præmia amplum in modum ostentans, Romam legatos ac literas destinauerat. quibus necato eo frustratos se milites angebantur, genus hominum pecuniæ cupidius, fidũque ac bonũ solo quaestu. At Senatus metuens, ne nullis rectoribus specie captæ vrbis, atrociora accideret, primo

potestatũ vices, mox cõscriptis iunioribus, C L O
D I V M

DIVM CVPIENVM, CAECILIVM BAL-
BINVM CÆSARES constituit:

27



IISDEM QVE C^o XCI.

per Africã diebus
milites GORDIA-
NVM Gordiani fi-
lium, qui fortè cõ-
tubernio patris præ-
textatus, ac dein-
ceps Præfectus Præ-
torio intererat, au-
gustum creauere:
neque sanè factum


nobilitas aspernata. Denique accito eo, inter im-
plana vrbis atque ipso sinu Prætorix manus acie
deletæ per gladiatorum familias, tironumque
exercitum. Dũ hæc Romæ geruntur, Iulij Maxi-
mini, quos fortè ea tēpestate Thracia retinebat,
acceptis quæ euenerant, Italiam properè pe-
tunt. Eos Pupienus Aquilæ obsidione confecit,
postquam prælio victos reliqui paullatim dese-
ruerant. Horum imperio ad biennium per huius-
modi moras annus quæsitus. Neque multo post
tumultu militarium Clodio Cæcilioque Romæ
intra Palatium cæsis, Gordianus solus regnum
obtinuit: Eoque anno lustris certamine, quod
Nero Romam inuexerat, aucto firmatoque, in
Persas profectus est: cum prius Iani ades, quas
Marcus clauserat, parentes more veterum fecis-
set. Ibi gesto insigniter bello, Marci Philip-
pi Præfecti Prætorio insidijs periit sexennio
Imperij.

I 3

IGITVR



IGITUR MAR-²⁸
 CVS IVLIVS
 PHILIPPVS A-
 rabs Thraconites,
 sumto in consortiũ
 Philippo filio rebus
 ad Orientem com-
 positus, conditoque
 apud Arabiaẽ Phi-
 lippopoli opido,
 Romam venire :
 exstructoque trans
 tiberim lacu, quod
 eam partem aquæ
 penuria fatigabat,
 annum Urbis mil-
 lesimum ludis om-
 nium generum ce-
 lebrant. Et quoniã
 nomen admonuit;
 nostra quoque eta-
 te post mille, cen-



tesimus, Consule Philippo, excessit, nullis, vti so-
 let, sollẽnibus frequentatus: adeo indies cura mi-
 nima Romanæ urbis. Quod equidem denuncia-
 tum illo tempore prodigijs portentisque. Ex quĩs
 vnum memorare breui libet. Nam cum Pontifi-
 cum lege hostiæ mactarentur, suis vtero maris,
 feminarum genitalia apparuere. Id haruspices
 solutionem posterorum portendere, vitiaque
 fore potiora interpretati: Quod frustratum iri
 æstimans Imperator Philippus, tum quia fortẽ
 præter-

præteriens, filij similem * pro merito Ephebum
 conspexerat, vsum virilis scorti remouendū ho-
 nestissimè consultauit: Verumtamen manet:
 quippe conditione loci mutata peioribus flagi-
 tijs agitatur: dum *avidius periculosa*, quibusque
 mortales prohibentur, petūt. Huc accedit, quod
 longè aliud Etruscorum artes cecinerant, quæ
 bonis parte plurima iacentibus, mollissimum
 quemque beatum fore asserebant. Eos ego igno-
 rasse verum planè puto: Etenim quamuis rerum
 omnium prospero successu; pudore amisso ta-
 men, fortunatus quis esse potest: cum eodem re-
 tento, cetera tolerabilia sint. His actis filio Vrbi
 relicto, ipse quamquam debili per ætatem corpo-
 re, aduersum Decium profectus, Veronæ cadit,
 pulso, amissoque exercitu: Quis Romæ com-
 pertis, apud castra Prætoria filius interficitur.
 Annos potentia quinque egere.

29



ET DECIVS SYR^{co II.}
 miensium yico or-
 tus, militia gradu
 ad imperium con-
 spirauerat, lætior-
 que hostium nece;
 filium *Etruscum*
 nomine, Cæsarem
 facit: statim que eo
 in Illyrios præmis-
 so, Romæ aliquan-

um moratur mœnium gratia, quæ instituit, de-
 dicandorum. Et interea ad eum Iotapiani, qui
 Alexandri tumēs stirpe, per Syriam tentas noua,

I 4

militum



militū arbitrio oc-
cubuerat; ora, uti
mos est, inopinato
feruntur, simulque
per eos dies Lucio
Prisco, qui Mace-
donas Præsidentu
regebat, delata do-
minatio, Gothorū
concurſu, postquā
direptis Thracia
plerisque illō peruenerant. Qua causa Decio,
quam potuit maturrimè Roma digresso, Iulius
Valens cupiētissimo vulgo Imperium capit: ve-
rūm utrique mox caſi; cūm Priscum nobilitas
hostem patriæ censiūſſet. Decij Barbaros trans
Danubium perfectantes Bruti fraude cecidēre,
exacto regni biennio. Sed Deciorum mortē ple-
rique illustrem ferunt: Namque filium audacius
congreſſentem cecidiſſe in acie; patrem autem
cūm percūſi milites ad ſolandum Imperatorem



multa præsarentur,
strenuè dixiſſe;
Detrimentū vnius
militis parū vide-
ri ſibi: Ita reſecto
bello cū impigrè de-
certaret, interiſſe
pari modo.

HAEC vbi Pa-³⁰
tres comperere,
GALLO HOSTI-
LIANOQVE



LIANOQVE AUGUSTA Imperia; VOLVSIANVM Gallo editum Casarem decernunt: Dein pestilentia oritur, qua atrocius saeuente, Hostilianus interiit, Gallo Volusianoque fauor quaesitus, q̄

31



anxiè studiosèque tenuissimi cuiusque exsequias curarent.

IGITVR his Romæ morantibus, ^{CCVI.} ÆMILIVS ÆMILIANVS summam potestatem corruptis militibus arripuit. Ad quem expugnandum profecti, Interamnæ ab suis cæduntur, spe præmij maioris ab Æmilio; cui nullo labore seu detrimento victoria obuenebat: simul quia immodici per luxum lasciuiamque, officia beniuolentiæ corruperant. His sanè omnibus biennio profecit: Nam Æmilianus quoque tres menses vsus modesto Imperio, morbo abluntus est: cum Proceres primo hostem, dein extinctis superioribus pro fortuna, uti solet, Augustum appellauissent. At mili-

I 5

tes,

res, qui contracti vndique apud Rhētiās ob in-
stans bellum morabantur,

∞ VI.



LICINIO VA- 32
LERIANO Im-
perium deferunt.
Qui quamquam
genere fatis claro,
tamen, vti mos tū
etiam erat, militiā
sequebatur. Eius
filium GALLIE-
NVN Senatus Cē-
sarē creat, statim-

que Tiberis adulta ætate diluuij facie inunda-
uit: Prudentes perniciosum Reipub. cecinere,
adolescentis fluxo ingenio, quia Etruria acci-
tus venerat, vnde annis prædictus: Quod equi-
dem confestim euenit. Nam cum eius pater [do-
lo erat circumuentus] bellum per Mesopotamiā
anceps diuturnumque instruit, Persarum Regis,
cui nomen Sapor erat, dolo circumuentus, fœdē
laniatus interiit, Imperij anno sexto, ætate
robustiore.

∞ XIII.

SUB idem tempus LICINIUS GALLIE- 33
NVS, cum à Gallia Germanos strenue arceret,
in Illyricum properans descendit: Ibi Ingebum,
quem curantem Pannonios, comperta Valeria-
ni clade, imperandi cupido inceserat, Mursiæ
deicit: moxque Regallianum, qui receptis mili-
tibus, quos Mursina labes reliquos fecerat, bel-
lum duplicauerat. His prosperè, ac supra vota
cedentibus, *more hominum*, secundis solutor,
rem



rem Romanã qua-
si naufragio dedit,
cum *Salonino* filio
cui honorem Cæ-
saris contulerat, a-
deò vti Thraciam
Gothi liberè pro-
gressi, Macedonas
Achæosque & A-
siæ finitima occu-
parent: Mesopota-
miam Parthi: O-
rienti latrones seu
mulier dominaretur
Alemanorũ vi,
tunc equè Italiam,
Francorum gêtes,
direpta Gallia, Hi-
spaniam posside-
rèt, vastato ac pæ-
nè direpto Tarra-
conensium opido,



nactisq̃ue in tempore nauigijs pars in vsque A-
fricam permearet: & amilla trans Istrum, quæ
Traianus quæsierat. Ita quasi ventis vndique sæ-
uiuentibus, paruis maxima; ima summis orbe to-
to miscebantur. Simulq̃ue Romam pestilentia
grassabatur, quæ sæpe curis grauioribus, atque
animi desperatione oritur. Inter hæc ipse popi-
nas, ganeasq̃ue obiens, lenonum ac vinariorum
amicitijs hærebat, expositus *Saloninæ* coniugi
atque amori flagitioso filia Attali Germanorum

Regis,

Regis, Pipæ nomine: Qua caussa etiam ciuiles motus longè atrociores orti. Namque primus



omniū *Postumus*, qui fortè Barbaris per Galliam præsidebat, Imperium ereptum ierat: explosaque Germanorum multitudine, Lolliani bello excipitur: quo non minus feliciter fuso, suorum tumultu

perijt: quod flagitantibus Maguntiacorū direptiones, quia Lollianum iuuerant, abnuisset. Igitur cō occiso, Marius ferri quondam opifex, neque etiam tum militiæ satis clarus, regnum capit. Proinde cuncta ad extremum reciderant, vti talibus imperia ac virtutum omnium decus ludibrio essent. Hinc denique ioculariter dictum, nequaquam mirum videri, si rem Romanam Marius reficere contenderet, quam Marius eiusdem artis auctor, stirpisque ac nominis, solidauisset. Hoc iugulato post biduum, Victorinus deligitur belli scientia Postumo par; verùm libidine præcipiti; qua cohibita in exordio, post biennij imperium, constupratis vi plerisque, vbi Attitiani coniugem cōcupiuit, facinusque ab ea viro patefactum est; accensis furtim militibus per seditionem Agrippinæ occiditur. Tantum Actuariorū, quorum loco Attitianus habebatur, in exercitu factiones vigent, vt arduum petentibus malitia patrare-

patraretur: genus hominum, præsertim hac tempestate, nequam, venale, callidum, seditiosum, habendi cupidum, atque ad patrandas fraudes velandasque quasi ab natura factum: annonæ dominans, eoque vtilia curantibus, & fortunis aratorum infestum: prudens in tempore his largiendi, quorum vecordia damnoque opes contraxerit. Interim Victoria, amisso Victorino filio, legionibus grandi pecunia comprobantibus, Tetricum Imperatorem facit; qui familia nobili, præsidatu Aquitanos tuebatur: filioque eius Tetrico Cæsarea insignia impartuntur. At Romæ Gallienus pacata omnia, ignaris publici mali, improbè suadebat: crebro etiam, vti rebus ex voluntate gestis solet, ludos ac festa triumphorum, quo promptius simulata confirmarentur, exercēs. Sed postquam periculum propinquabat, tandem Vrbe egreditur. Namque Aureolus, cū per Rhetias legionibus præesset, excitus, vti mos est, socordia tam ignaui ducis, sumto Imperio Romam contendebat. Eum Gallienus apud pontem, cui ex eo Aureoli nomen est, fusum acie Mediolanū coëgit: Quam vrbein cū machinationibus omnis generis oppugnat, ab suis interijt. Quippe Aureolus, vbi soluendi obsidij spem inanem videt, ducum Gallieni Tribunorūque nomina, quasi destinata ab eo ad necem, astu composuit, litterasque è muro, quam occultissimè potuit, abiecit: quæ fortè à memoratis repertæ, metum suspicionemque iniecere mandati exitij; verū eas effluxisse incuria ministrorum. Qua causa Aureliani consilio, cuius gratia in exercitu atque honos

honos præstabant, simulata proruptione hostiũ, nullis, vti re trepida ac repentina solet, tectũ stipatoribus, tabernaculo educunt nocte intemperata: telo que traicitur, cuiusnam, per tenebras incertum: Ita auctoris necisne errore, an quia bono publico acciderat, inulta cædes fuit. Quãquam eò prolapsi mores sunt, vti suo, quam Reipub. magisque potentia, quàm gloria studio plures agant. Hinc quoque rerum vis ac nominũ corrupta; dum plerumque potior flagitio, vbi armis superauerit, tyrannidem amotam vocauerit, damno publico oppressos. Quinetiam aliquanti pari libidine in cælestium numerum referuntur, ægrè exsequijs digni: Quis ni fides rerum gestarum obstitisset, quæ neque honestos præmijs memoria frustrari sinit, neque improbis æternam illustremque famam procedere; nequiquam poteretur virtus: cùm verum illud atque vnicũ decus pessimo cuique gratia tribueretur, dentum impiè bonis. Denique Gallienũ subacti à Claudio Patres, quòd eius arbitrio Imperium cepisset, Diuum dixere. Nam cùm profluuiio sanguinis, vulnere tam graui, mortem sibi adesse intellexeret, insignia Imperij ad Claudium destinauerat, honore Tribunatus Ticini retinentem præfidiariam manum. Quod sanè extortum: cū neque Gallieni flagitia, dum vrbes erunt, occultari queant: & quisque pessimus erit, par similisque semper ipsi habebitur: Adeò Principes atque Optimi mortalium, vitæ decore, quàm quæsitis nominibus, atque compositis, quantum conijciatur, cælum adeunt; seu fama hominum Dei celebrantur.

brantur modo. At Senatus comperto tali exitio, satellites propinquosque per scalas Gemonias præceps agendos decreuit, patronoque fisci in Curiam perduci effossos oculos pependisse satis constat: cum inruens vulgus, pari clamore, Terram matrem, Deosque Inferos precaretur, sedes impias vti Gallieno darent. Ac nisi Claudius cōfestim recepta Mediolani vrbe, tamquā postulado exercitus parcendū, qui fortè eorū supererant præcepisset; nobilitas plebesque atrocius grassarentur. Et Patres quidem, præter commune Romani malum orbis, stimulabat proprii ordinis contumelia: Quia primus ipse, metu discordiæ suæ, ne Imperium ad Optimos nobilium transferretur, Senatum militia vetuit; etiam adire exercitiū. Huic noué annorum potentia fuit.

34



SED CLAVDII CCXXI.

Imperium milites, quos ferè cōtra ingeniū perditæ res subigunt recta cōsulere; vbi afflicta omnia perspexere, auidè approbant, extolluntque, viri laborum patiētis, æquique ac prorsus

dediti Reipub. Quippe vt longo interuallo Deciorum morem renouauerit. Nam cum pelle-re Gothos cuperet, quos diuturnitas nimis validos, ac prope incolas effecerat, proditum ex libris Sibyllinis est, primum ordinis amplissimi victo-
riæ

riæ vouendum. Cumque is qui esse videbatur, semet obtulisset; sibi potius id muneris compe-tere ostendit, qui reuera Senatus, atque omnium Princeps erat. Ita nullo exercitus detrimento fusi Barbari summotique, postquam Imperator vitam Reipub. dono dedit: Aded *bonis salus* ciuium ac longa sui memoria cariora sunt: quæ non gloriæ modò, verum etiam ratione quadam posterorum felicitati proficiunt. Hoc siquidem Constantius & Constantinus, atque Imperatores nostri * * * corporisque acceptior militibus, præmiorum spe, seu lasciuia. Quò ægra asperiorque victoria fuit, dum, vti mos subditis erat, studio impunè peccandi, remissa Imperia promptius quàm vitia defendunt.

60 XXIII.



CETERVM AV-
RELIANVS suc-
cessu tanto vehe-
mentior, cōfestim
quasi bellireliquiæ
superessent, in Per-
sas progressus est.
Quis deletis, Ita-
liã repetiuit, cuius
vrbes Alamanno-
rum vexationibus

affligebantur: Simul Germanis Gallia demotis; Tetrici, de quo suprà commemorauimus, cæsæ legiones, proditore ipso duce. Nam Tetricus, cū Faustini Præsidis dolo corruptis militibus plerumque peteretur, Aureliani per litteras præfidiū implorauerat; eique aduentanti, producta ad speciem

speciem acie, inter pugnam se dedit: Ita, uti rectore nullo solet, turbati ordines oppressi sunt: Ipse post Celsum bene Imperij in triumphum ductus; Lucaniae Correcturam, filioque veniam atque honorem Senatorum cooptavit: Neque secus intra Urbem monetarum opifices deleti: Qui cum auctore Felicissimo rationali nummariam notam corrossissent, poenae metu bellum fecerant; usque eodem graue, uti per Caelium montem congressi, septem ferme milia bellatorum confecerint: His tot tantisque prosperè gestis, fanum Romae Soli magnificum constituit, donarijs ornans opulentis: ac ne unquam, quae per Gallienum euenerant, acciderent; muris Urbem quam validissimis laxiore ambitu circumsepserat: simulque usus porcinæ carnis, quo plebi Romanae affatim cederet; prudenter munificèque prospectavit; deletaque fiscales & quadruplatorum, quae Urbem miserabiliter affecerant, calumniae; consumptis igni tabulis, monumentisque huiusmodi negotiorum: atque ad Graeciae morem decreta abolitione, inter quae auaritiae peculatum, prouinciarum praedatores, contra morem militarium, quorum è numero erat, immane quantum spectabatur. Qua causa ministri scelere, cui secretorum officium crediderat, circumuentus, apud Cænostrum interiit: cum ille praedae conscientia delictique, scripta callidè composita Tribunis, quasi per gratiam, prodidisset, quibus interfici iuebantur: illique eodem metu accensi facinus patrauere. Interea milites, omissa Principe, Legatos statim Romam destinant, uti suo arbitratu Patres Imperatorem deligerent: Quibus

K

hoc

hoc ipsorum potissimum conuenire munus re-
spondētib; rursū legiones ad eos reijciūt. Ita
vtrimque pudore ac modestia decertabatur, rara
in hominibus virtute, rebus præsertim huiusmo-
di, ac propè ignota militibus. Tantum ille vir se-
ueritate atque incorruptis artibus potuit, vt eius
necis auctōrib; exitio; prauis metui; simulata
dubijs; optimo cuique desiderio; nemini insolē-
tiæ aut ostentationi esset: atque etiam soli, quasi
Romulo, Interregni species obuēnit, longè vero
gloriosior. Quod factum præcipuè edocuit, *cun-
cta in orbis* modo verti; nihilque accidere, quod
rursū Naturæ vis ferre nequeat æui spatio: Ad-
huc *virtutibus Principum* res attolli facillè, vel
afflictas; easque firmiores præceptis vitij; dari.

∞ XXIIIX.



IGITUR tandem ³⁶
Senatus, mēse cir-
citer post Aurelia-
ni interitum sexto,
TACITVM è cō-
sularibus mitē sanè
virum, Imperatorē
creat: cunctis ferè
lætioribus, quod
militari ferocia le-
gendijus Principis

Proceres recepissent. Quæ tamen lætitia breuis,
neque exitu tolerabili fuit: Namque Tacito con-
festim a ducentesima regni luce, Tyânæ mortuo,
cum tamē prius auctores Aureliani necis, maxi-
meque Mucaperem ducem, quod ipsius ictu oc-
ciderat, excruciauisset; FLORIANVS eius-
dem

37



dem frater, nullo
Senatus seu militū
cōsulto Imperium
inuaferat.

QVI VNO mē-
se aut altero vix re-
tētata dominatio-
ne apud Tarsum
ab suis interficitur.
Post quem PRO-
BVM in Illyrico
factum accepere,
ingenti belli scientia
exercitādīsque
variē militibus, ac
duranda iuuentu-
te prope Hanniba-
lem alterū. Nam-
que vt ille oleis A-
fricæ pleraque per
legiones, quarum
otium Reipub. at-

∞ XXIX.

que doctoribus suspectum rebatur: eodem mo-
do hic Galliam Pannoniasque & Mæforū colles
vinetis repleuit: postea sanē quam Barbarorum
attritæ gentes sunt, quæ nostris principibus suo-
rum scelere interfectis, inruperant, simul cæsis,
Saturnino per Orientē; Agrippinæ Bonoso exer-
citu; nam vtrique dominatum tentauerant, sum-
ta, cui duces præerant, manu: Qua caussa rece-
ptis omnibus pacatisque dixisse proditur, Breui
milites frustra fore. Hinc denique magis irritati

K 2

paulo

paulo cis sextum annum apud Sirmiū trucidare, cum ad siccandam lacunis ac fossa urbem ipsi patriam adigerentur, quæ palustri solo hiemalibus aquis corrūpitur. Abhinc militaris potentia conualuit, ac senatui Imperium, creandiq; ius Principis ereptum ad nostram memoriam; incertum an ipso cupiente per desidiam, an metu seu dissensionum odio. Quippe amisso gallieni edicto, refici militia potuit, cōcedentibus modestè legionibus, Tacito regnante, neque Florianus temere inuasisset: aut iudicio, manipulariū cuiquam, bono licet, imperium daretur; amplissimo ac tanto ordine in castris degente. Verūm dum oblectantur otio, simulque diuitijs pauent, quarum vsum affluentiamque æternitate maius putant, muniuere militaribus ac panē Barbaris viam in se ac posteros dominandi.

XXXIV.



IGITUR CARVS 38

Praefectura pollēs Prætorij, augusto habitu, * liberis Caesaribus Carino, numerianoq;. Et quoniā cognita Probi morte Barbarorum quique opportunè inuaserant, misso ad

munimentum Galliae maiore filio, Numeriani comitatu in Mesopotamiā pergit protinus; quod ea Persarum quasi sollemni bello subest. Vbi fuis hostibus, dum gloriae incōsultè audior, Ctesiphonta



siphōta urbē Parthiæ inclytā transgreditur; fulminis tactu conflagrauit. Id quidam iure ei accidisse referunt. nam cū oracula docuissent, adusq; opidum memoratum perueniri victoria licere; longius delatus pœnas luit. Proinde *arduū fatalia* deuertere; eoque futuri notio superflua. At Numerianus, amisso patre simul confectum æstimās bellum, cū exercitū reductaret; Apri Præfecti Prætorio

foceri insidijs exstinguitur: Quis casum detulit adolescentis oculorum dolor. denique diu facinus occultatum, dum clausum lectica cadauer, specie ægri, ne vento obtunderetur acies, gestabatur. Sed postquam odore tabescentium membrorum scelus proditum est; Ducum consilio,

39 Tribunorumque VALERIVS DIOCLETIANVS domesticos regens ob sapientiā deligitur; magnus vir; his moribus tamen: Quippe qui primus ex auro veste quæsitā, serici ac purpuræ

K 3 gemma-



gemmarūque vim
plantis cōcupie-
rit : Quæ quam-
quam plus quā ci-
uilia, tumidique &
affluentis animi :
leuia tamē præ ce-
teris : Namque se
primus omnium
Caligulā post, Do-
mitianūque Do-

minum palam dici passus, & adorari se, appellari-
que vti Deum. Quis rebus, quantum ingenium
est, compertum habeo, *humillimos quosque*, maxi-
mē vbi alta accesserunt; superbia atque ambitio-
nē immodicos esse. Hinc Marius patrum me-
moria; hinc iste nostra, communem habitū su-
pergressi dum animus potentie expers, tamquam
inedia refecti, insatiabilis est. Quo mihi mirum
videtur, Nobilitati plerosque superbiam dare :
quæ gentis Patriciæ memor; molestiarum, quæ
agitur, remedio, eminere paululum pluris ha-
bet. Verū hæc in Valerio obducta ceteris bo-
nis: eoque ipso quod Dominum dici passus; pa-
rentem egit: satisque constat, prudentem virum
edocere voluisse, atrocitatem rerum magis, quā
nominum officere. Interim Carinus eorum quæ
acciderant, certior; spe facilius erumpentis me-
tus sedatum iri; Illyricum properè Italiae circuitu
petit. Ibi Iulianum pulsa eius acie, obtruncat.
Namque is cū Venetos Correctura ageret, Cari
morte cognita, Imperium auens eripere, aduen-
tanti

tanti hosti obuiã processit. At Carinus vbi Mœ-
 sam contigit, ilico Murgum iuxta Diocletiano
 congressus, dum victos auidè premeret; suorum
 ictu interiit, quod libidine impatiens militarium
 nuptas affectabat: quarum infestiores viri; iram
 tamen doloremque in euentum belli distulerãt.
 Quo prosperius cedente, metu ne huiusmodi in-
 genium magis magisque victoria insolesceret;
 sese vlti sunt. Is finis Caro, liberisque: Narbone
 patria, Imperium biennij fuere. Igitur Valerius
 prima ad exercitum concione, cum educto gla-
 dio, solem intuens, obtestaretur, ignarum cladis
 Numeriani, neque Imperij cupientem se fuisse;
 Aprum proximè astantem ictu transegit: cuius
 dolo, vti suprã docuimus, adolescens bonus fa-
 cundusque & gener occiderat: Ceteris venia da-
 ta, retenti que hostium ferè omnes; ac maximè
 vir insignis Aristobulus Præfectus Prætorio per
 officia sua. Quæ res post memoriam humanam
 noua atque inopinabilis fuit; ciuili bello; fortu-
 nis, fama, dignitate, spoliatum neminem: cum *piè*
admodum mansueteque geri lætemur, exsilio,
 proscriptioni, atque etiam supplicijs & cadibus
 modum fieri. Quid ea memorem, adsciuisse con-
 sortio multos externosque, tuendi, prolatandique
 gratia Iuris Romani? Namque vbi comperit Ca-
 rini discessu, Helianum Amandumque per Gal-
 liam excita manu agrestium ac latronum, quos
 Bagaudas incolæ vocant, populatis latè agris ple-
 rasque vrbiũ tentare; *Maximianum* statim
 fidum amicitia, quamquam semiagrestem, mili-
 tiæ tamen, atque ingenio bonum; Imperatorem
 iubet.



iubet. Huic postea cultu numinis, Herculei cognomentum accessit: uti Valerio Iouiu. vnde etiam militibus auxilijs longè in exercitū prestantibus nomen impositum. Sed Hercules in Gallia profectus, fuis hostibus aut acceptis, quicquid omnia breui patrauerat. Quo bello Corausus, Menapia ciuis, factis promptioribus enituit: eoq; cum, simul quia gubernandi (quo officio adolescentiam mercede exercuerat) gnarus habebatur; parandæ classi ac propulsandis Germanis maria infestantibus, præfecere. Hoc elator, cum parum multos opprimeret, neque prædæ omnia in ærarium referret; Herculijs metu, à quo se cedi iussum compererat; Britanniam hausto Imperio capessiuit. Eodem tempore Orientem Persæ; Africam Iulianus, ac nationes Quingentanæ grauitè quatiebāt. Adhuc apud Ægypti Alexandriam Achilleus nomine, dominationis insignia induerat. His de causis Iulium Constantiū, Galerium Maximianum, cui cognomen Armentario erat, creatos Cæsares; in affinitatem vocant. Prior Herculijs priuignam, alter Diocletiano editam fortiuntur, direntis prioribus coniugijs: ut in Nerone, Tiberio, ac Iulia filia Augustus quondam fecerat. His sanè omnibus Illyricum patria fuit:

fuit: Qui quamquam humanitatis parum; Iuris tamē ac militiē miserijs imbuti satis optimi Reipub. fuere. Quare constat *sanctos prudentesque* sensu mali promptius fieri: contraque expertes ærumnarum, dum opibus suis cunctos estimant; minus consulere. Sed horum concordia maximē edocuit *virtuti ingenium*, vsūque bonę militiæ, quanta his Auréliani Probiq̃ue institutio fuit, pane sat esse. Denique Valerium, vt parentem, seu Dei Magni suspiciebant modo: Quod quale quantumque sit, ab Urbis conditore ad nostram ætatem propinquorum facinoribus patefactum est. Et quoniam bellorū moles, de qua supra memorauimus, acrius vrgebat, quasi partito imperio, cuncta quæ trans Alpes Galliæ sunt, Constantio commissa: Africa Italiaq̃ue Herculio: Illyriciq̃ue ora ad vsque Ponti fretum, Galerio: Cetera Valerius retentauit. Hinc denique parti Italiæ inuectum tributorum ingens malū. Nam cū omnis eadem functione, moderataque ageret, quod exercitus atque Imperator, qui semper aut maxima parte aderant, ali possent; pensio-nibus, inducta lex noua. Quæ sanē illorum temporum modestia tolerabilis in perniciem processit. His tēpestatibus interim Iouio Alexandriam profecto, prouincia credita Maximiano Cæsari, vti relictis finibus in Mesopotamiam progrediretur, ad arcendos Persarum impetus. A quis pri-mò grauitè vexatus, contracto confestim exercitu è veteranis ac tironibus, per Armeniam in hostes contendit, quæ fermè sola seu facilior vincē-di via est. Denique ibidem Narseum Regem in-

ditionem subegit: simul liberos, coniugesque & aulam regiam: Adeò victor, vt ni Valerius, cuius nutu omnia gerebantur; incertum qua caussa, abnuisset; Romani fasces in prouinciam nouam ferrentur. Verùm pars terrarũ tamen nobis vtilior quæsita: quæ cum acrius repossuntur, bellũ recens susceptum est, graue admodum perniciosumque. At in Ægypto Achilleus facili negotio pulsus, pœnas luit. Per Africam gestæ res pari modo; solique Carausio remissum Insulæ imperium, postquam iussis ac minimẽto Incolarum contra gentes bellicosas opportunior habitus. Quem sanè sexennio post Allectus nomine, dolo circumuenit. Qui cum eius permissu summæ rei præset, flagitiorum & ob ea mortis formidine, per scelus imperium extorserat: Quo vsum breui, Constantius, Asclepiodoto, qui Prætoria-nis Præfectus præerat, cum parte classis ac legionum præmissis, deleuit: Et interea cæsi Marcomanni, Carporumque natio translata omnis in nostrum solum; cuius ferè pars iam tum ab Aureliano erat. Neque minore studio pacis officia vincita legibus æquissimis: ac remoto pestilenti frumentariorum genere: quorum nunc Agentes rerum simillimi sunt. Qui cum ad explorandum annunciandumque, qui fortè in Prouincijs motus existerent, instituti viderentur; compositis nefariè criminationibus, iniecto passim metu, præcipuè remotissimo cuique, cuncta scædè diripiebant: simul annona, Urbis, ac stipendiariorũ salus anxie, solicitèque habita: honestiorumque prouectu; & è contra, supplicijs flagitiosi cuiusque,

que, virtutum studia augebantur: veterimæ religiones castissimè curatæ: Ac mirum in modum nouis adhuc cultisque mœnibus, Romana culmina & ceteræ vrbes ornatae; maximè Carthago, Mediolanum, Nicomedia. Neque tamè cum hæc agerent, extra vitia fuerunt: Quippe Hercules libidine tanta agebatur, vt ne ab obsidum corporibus quidem animi labem comprimeret: Valerio parū honesta in amicos fideserat, discordiarum sanè metu: dum enunciationibus posse agitari quietem consortij putat. Hinc etiam quasi truncatæ vires Urbis, imminuto Prætoriarū cohortium atque in armis vulgi numero: Quo quidem plures volunt imperium posuisse. Namque imminentium scrutator, vbi fato intestinas clades, & quasi fragorem quendam impendère comperit status Romani; celebrato regni vicessimo anno valentior curā R. P. abiecit: cum in sententiam Herculum agerrimè traduxisset: cui anno minus potentia fuerat: & quamquam alijs alia æstimantibus veri gratia corrupta sit; nobis

tamen excellenti natura videtur ad communem vitā spreto ambitu descendisse.

IGITUR CON- CO LVI.
STANTIO, AR-
MENTARIOQUE
his succedētibus,
Seuerus Maximi-
nusque Illyri-
corum





corum indigenæ
 Cæsares : Prior I-
 taliam ; posterior
 in, quæ Iouius ob-
 tinuerat, destinā-
 tur. Quod tolera-
 re nequiens Con-
 stantinus, cuius iā
 tum à puero ingēs-
 potensq; animus
 ardore imperitan-
 di agitabatur ; fu-
 gæ commento, cū
 ad frustrandos in-
 sequentes publica
 iumenta, quaquā
 iter egerat, interfir-
 ceret; in Britannia
 peruenit: Nam is
 à Galerio religio-
 nis specie, ad vicē
 obsidis tenebatur.

& fortè iisdem diebus ibidem Constantium pa-
 trem vitæ vltima agebant. Quo mortuo cunctis,
 qui aderant, annitentibus, imperium capit. Inter-
 rim Romæ vulgus, turmæque Prætorix *Maxen-*
tium, retractante diu patre Herculio, Imperatorē
 confirmant. Quod vbi Armentarius accepit; Se-
 uerum Cæsarem, qui casu ad urbem erat; arma
 in hostem ferre properè iubet. Is circum muros
 cum ageret, desertus à suis, quos præmiorū ille-
 cebris Maxentius traduxerat, fugiens obsessusq;
 Rauennæ



Rauennæ obiit.
 Hoc acrior Gale-
 rius, adscito in
 consilium Iouio,
 Licinium vetere
 cognitum amici-
 tia Cæsarem, creat
 Augustum: eoque
 ad munimentum
 Illyrici, ac Thra-
 ciæ relicto, Romã

contendit. Ibi cùm obsidione distineretur; mili-
 tibus eadem qua superiores via attentatis, metu
 ne desereretur, Italia decessit: pauloque post vul-
 nere pestilenti consumtus est: cùm agrum satis
 Reipub. commodantem, cæsis immanibus sil-
 uis, atque emisso in Danubiũ lacu Pelsonæ apud
 Pannonios fecisset. Cuius gratia prouinciã vxo-
 ris nomine Valeriam appellauit. Huic quinquen-
 nij imperium; Constantio annum fuit: cùm sa-
 nẽ vterque potentiam Cæsarum annos tredecim
 gessissent. Ad eò miri naturæ officijs, vt ea si à do-
 ctis pectoribus proficiscerentur, neque insulsita-
 te offenderent; haud dubiè præcipua haberentur.
 Quare compertum est *eruditionem, elegantiam,*
 comitatem præsertim, Principibus necessarias
 esse: cùm sine his naturæ bona quasi incomta, aut
 etiam horrida despectui sint: Contraque ea Per-
 sarum Regi Cyro æternam gloriam parauerint.
 At memoria mea Constantinum, quamquã ce-
 teris promptum virtutibus, ad vsque astra votis
 omnium subuexere. Qui profectò si munificen-
 tia:

tiæ atque ambitioni modum, hisque artibus stauisset, quis præcipuè adulta ingenia gloriæ studio progressa longius in contrarium labuntur; haud multum abesset Deo. Is ubi vastari urbem, atque Italiam comperit, pullosque seu redemptos exercitus, & Imperatores duos, composita pace per Gallias; Maxentiū petit. Ea tempestate apud Pœnos Alexander pro-Prefecto gerēs, dominatui stolidè incubuerat: cū ipse debili ætate, agrestibus ac Pannonicis parentibus vecordior; milites, tumultuarieque quæsit; armorum vix medium haberetur. Denique eum à Tyranno missi paucissimis cohortibus Rufus Volusianus Præfectus Prætorio, ac militares duces leui certamine confecere. Quo victo, Maxentius Carthaginem terrarum decus, simul Africæ pulchriora vastari, diripi, incendi que iusserat, ferus, inhumanus que ac libidine multo tetrior: Adhuc pauidus & imbellis, atque in desidiā fædè pronus: vsque eò, vt flagrante per Italiam bello, fuisque apud Veronam suis; nihilo segnius solita curaret; neque patris exitio moueretur. Namque Herculus natura impotentior, simul filij segnitæ metuens, inconsultè imperium repetiuerat: Cumque specie officij dolis compositis Constantinum generum tentaret acerbè, iure tandem interierat. Sed Maxentius atrocior in dies, tandem vrbe in Saxa rubra milia fermè nouem ægerrimè progressus; dum cæsa acie fugiens semet Romam reciperet, insidijs, quas hosti apud pontem Miluium locauerat, in transgressu Tiberi interceptus est, tyrannidis anno sexto. Huius nece incredibile quantū lætitia,

lætitia, gaudioque Senatus ac plebes exsultauerint: quos in tantum afflictauerat, vti Prætorianis eadem vulgi quondam annuerit; primusque instituto pessimo numinum specie Patres aratoresque pecuniam conferre prodigenti sibi cogeret: Quorum odio Prætorix legiones, ac subsidia factionibus aptiora, quam vrbi Romæ; sublata penitus; simul arma atque vsus indumēti militaris: Adhuc cuncta opera, quæ magnificè construxerat, Urbis fanum, atque Basilicam, Flauij meritis Patres sacrauerunt. A quo etiam post Circus maximus excultus mirificè: atque ad lauandum institutum opus ceteris haud multo dispar. Statuarum locis quam celeberrimis, quarum plures ex auro, aut argenteæ sunt: tum per Africam sacerdotium decretum Flauix genti, Cirtæque opido, quod obsidione Alexandri ceciderat, reposito exornatoque, nomen Constantina inditum: ad eò *acceptius præstantiusque* Tyrannorum depulsoribus nihil est: quorum gratia eo demum auctior erit; si modesti ipsi atque abstinentes sint. Quippe *humana mentes* frustratæ boni spe, asperius offenduntur, cum mutato rectore flagitioso, ærumnarum vis manet. Dum hæc in Italia geruntur, Maximinus ad Orientem, post biennij augustum
 41 Imperium fufus, fugatusque à LICINIO, CO LXII. apud Tarsum perit. Ita potestas orbis Romani duobus quæsitæ: qui quamuis per Flauij sororem nuptam Licinio, connexi inter se erant; ob diuersos mores tamen anxie triennium cōgruere quiuere: Namque illi præter admodum magna cetera; huic parsimonia, & ea quidem agrestis, tantum



tantummodo inerat. Deniq; Constantinus cunctos hostes honore ac fortunis manentibus texit, recepitque: eo pius, ut etiã vetus veterrimũque suppliciũ patibulorum & cruribus suffringendis primus remouerit. Hinc pro conditore, seu Deo habitus; Licinio ne insontium quidem ac nobilium Philosophorum seruili more cruciatus adhibiti modum fecere. Quo sanè varijs prælijs pulso, cum eũ prorsus opprimere arduũ videretur; simulafinitatis gratia recepti cõsortio, adscitiq; imperio Cesarum communes liberi *Crispus*, Constantinusque Flauio geniti: Licinianus Li-

nus Licinio. Quod equidem vix diuturnum: neque his qui assumebantur felix fore, defectu solis fœdato ipsdem mensibus die, patefactum. Itaque sexennio pōst rupta pace apud Thracas Licinius pulsus Chalcedona concessit. Ibi ad auxiliū sui Martiniano in Imperiū cooptato, vna oppressus est. Po modo Respub. vnus arbitrio geritæpit, liberis Caesarum nomina diuersa retentatibus: namque ea tempestate Imperatori nostro Constantio insigne Caesaris datum. Quorū cum natu grandior, incertum qua causa, patris iudicio occidisset; repentē Calocerus Magister pecoris camelorum Cyprum insulam (specie regni demens capessuerat: quo excruciato, vt fas erat, seruili aut latronum more, cōdenda vrbe formidandique religionibus ingentem animum auocauit: Simul nouandæ militiæ ordine. Et interea Gothorum Sarmatarumque strata gentes: filiusque cunctorum minor, Constans nomine, Caesar fit: Cuius gratia Reipub. permissionem fore ostentorum mira prodidēre: Quippe ea nocte quæ commissi imperij diem sequebatur; igni continuo cæli facies conflagrauit. Abhinc consumto ferē biennio, fratris filium, cui ex patre Dalmatio nomen fuit, Cesare iussit, assistentibus validè militaribus. Ita anno imperij tricesimo secundoque, cum totum orbem tredecim tenuisset; sexaginta natus, atque amplius duo; in Persas tendens, a quibus bellum irrumperere acceperat; rure proximo Nicomedia, Achyronam vocant, excessit: cum [ad] id terram Sidus regnis, quod crinitum vocant, portendisset. Funus relatum in vrbe sui

L

nominis.

nominis. Quod sanè P. R. ægerrimè tulit: Quippe cuius armis, legibus, clementi imperio, quasi nouatam urbem Romanam arbitraretur. Pons per Danubium ductus: castra castellaque pluribus locis commodè posita. Remotæ olei frumentique aduenticiæ præbitiones, quibus Tripolis ac Nicæa acerbius angebantur. Quæ res superiores Seueri Imperio, gratantes ciui obtulerant; verteratque gratiam muneribus in perniciem posterorum dissimulatio: Alteros Marcus Boionius afflixerat multa, quòd Hipparchum præstanti ingenio indigenam fuisse ignorauissent. fiscales molestiæ seuerius pressæ: cunctaque diuino ritui paria viderentur; ni parû dignis ad publica aditum cõcessisset. Quæ quamquam sæpius accidere; tamen *in summo ingenio* atque optimis Reipub. moribus, quamuis parua vitia, elucent magis; eoque notantur facile: quin etiã acrius sæpe officiant; cum ob auctoris decus in virtutes potissimum accipiuntur, atque ad imitandum inuitamento sunt. Igitur confestim Dalmatius, incertum quo suafore, interficitur: statimque triennio post minimum maximumque, fatali bello Constantinus cadit. Qua Constans victoria tumidior; simul per ætatem cautus parum, atque animi vehemens: Adhuc ministrorum prauitate execrabilis, atque præceps in auaritiam, respectuque militarium, anno post triumphum decimo, Magnentij scelere circumuentus est: externarum sanè gentium compressis motibus: Quarum obfides precio quæsitos pueros venustiores quòd cultius habuerat; libidine huiusmodi arsisse pro certo

terto habetur. Quæ tamen vitia vtinam manifestent: Namque Magnentij, vt pote gentis Barbaræ, diro atroxque ingenio; simul his quæ post accidere, ad eò extincta omnia sunt; vt illud imperium haud iniuria desideraretur. Tum quia Vetricano litterarum prorsus expertus, & ingenio stolidior, idcircoque agresti vecordia pessimus, cum per Illyrios peditum magisterio milites curaret; dominationē, ortus Mæsiæ superioris, locis squalidioribus, improbè occupauerat.

42



EV M CONSTAN-
TIVS cis mensē
decimum, facun-
diæ vi deiectū im-
perio in priuatum
otiū remouit: Quæ
gloria post natum
imperium, soli pro-
cessit eloquio, cle-
mentiaque. Nam
cum magna parte

OOXXCIX.

vtinque exercitus conuenissent, habita ad spe-
ciem iudicij concione; quod ferè vix aut multo
sanguine obrinendum erat, eloquentia patrauit.
Quæ res satis edocuit, non modo domi, verum mili-
tiæ quoque dicendi copiam restare: qua demum
vel ardua procliuius eo cõficiuntur, si modestia
atque integritate superet. Quod maximè cogno-
tum è nostro Principe: Quem tamen quo minus
statim in hostes alios ad Italiã cõtenderet, hiems
aspera, clausæque Alpes tardauêre. Interim Ro-
mæ corrupto vulgo; simul Magnentij odio Po-

L 2

tentianus

tentianus materna stirpe Flauio propinquus, cæso Vrbi Præfecto, armataque gladiatorum manu Imperator fit: Cuius stolidum ingenium adeo plebi Romanæ, Patribusq; exitio fuit, vti passim domus, fora, viæ, templaque cruore, ac cadaueribus opplerentur, bustorum modo: Neque per eum tantum, verum etiam aduolantibus Magnianis: qui tricesimo die, triduo minus, hostem perculerant. Sed iam antea cum externi motus suspectarentur; Magnentius fratri Decentio Gallias; Constantius Gallo, cuius nomen suo mutauerat, Orientem, Cæsaribus commiserant. Ipsi inter se acrioribus prælijs per triennium cõgressi; ad extremum Constantius fugientem in Galliam persecutus variè ambos supplicio semet adegit interficere. Et interea Iudæorum seditio, qui Patriciū nefariè in regni specie sustulerant, oppressa. Neq; multo post ob sauitiam atque animum trucem, Gallus Augusti iussu interiit. Ita longo interuallo annum ferè post septuagesimum, relata ad vnum cura Reipub. Quæ recens quieta à ciuili trepidatione, Siluano in Imperium coacto, tentari rursus occæperat. Is namque Siluanus in Gallia ortus Barbaris parentibus, ordine militiæ simul à Magnentio ad Constantium transgressu, pedestre ad magisterium adoleseentiior mernerat. Equo dum altius per metum seu dementiam, conscendisset; legionum, à quib; præsidium sperauerat, tumultu; octauū circa ac vicesimū diem trucidatus est: Qua causâ ne quid apud Gallos natura præcipites nouaretur, præsertim Germanis pleraque earum partium populantibus;



IVLIANVM Cæsarem, cognatione acceptū sibi, Trāsalpinis præfecit : Isque nationes feras breui subegit, captis famosis regibus : Quæ quāquam in eius fortuna, Principis tamen & consilio

accidēre. Quod adeò præstat, vt Tiberius, Galeriusq. subiecti alijs egregia pleraq. ; suo autē ductu atque auspicio minus paria experti sunt. At Iulius Constantius annos tres atque viginti Augustū imperiū regēs, cū externis motibus modo ciuilibus exercetur, egrē ab armis abest: Quis tyrānide tantorū depulsa, sustentoq. ; interim Persarū impetu, genti Sarmatarū, magno decore, cōfides apud eos regē dedit. Quod Cneū Pōpeiū in Tigrañe restituisse, vixque paucos maiorū fecisse cōperimus. Placidus, clemensq. ; pro negotio: litterarum ad elegantiam prudens ; atque orandi genere leni iucundoq. ; laboris patiens ac destinādi sagittas mirē promptus: Cibi omnis, libidinis, atq. ; omniū cupidinū victor; cultu genitoris satis pius, suiq. ; nimis custos: gnarus vita bonorū Principū Reipu. quietē regi. Hęc tāta, tāq. ; inelyta, tenue studiū probandis prouinciarū ac militiae rectoribus, simul ministrorū parte maxima absurdi mores: adhuc neglectus boni cuiusq. ; fædauere. Atq. ; vtī verū absolūā breui, vt Imperatore ipso clarius; ita Apparitorū plerisq. ; magis atrox nihil.

FINIS.

L3

IMPP.

IMPP. ROMANORVM SERIES.

ANNO A NATO
CHRISTO.Annos, Menfes
Fastos hic fequor nō Victor.

1	Imp. Cæſar Octavianus Auguſtus.	LVI.	
15 2	Tib. Iulius Cæſar.	XXIII.	
38 3	C. Iulius Cæſar Caligula.	III.	
42 4	Ti. Claudius Cæſar.	XIV.	
55 5	Nero Claudius Cæſar.	XIII.	
69 6	Seruius Sulpicius Galba Imp. Cæſ.		VII
70 7	Imp. M. Saluius Otho Cæſar.		III
70 8	A. Vitellius Imp.		VIII
70 9	Veſpaſianus.	X.	
80 10	Titus Veſpaſianus.	II.	
82 11	Fl. Domitianus.	XV.	
97 12	Nerua.	II.	
99 13	Nerua Traianus.	XX.	
118 14	Traianus Hadrianus.	XXI.	
139 15	T. Aelius Hadr. Antoninus Pius.	XXII.	
(162 16	M. Aurelius Antoninus &	XIX.	
(162	L. Aurelius Verus.	IX.	
181 17	M. Aurelius Commodus	X II.	
194 18	P. Heluius Perinax.		III
194 19	M. (Didius vel) Iulianus (Saluius)		I I
194 20	L. Septimius Seuerus.	XVII.	
212 21	M. Aurelius Antoninus Caracallus.	VI.	
218 22	M. Opilius Macrinus.	I.	
219 23	M. Aurelius Antoninus Elagabalus.	III.	
223 24	M. Aurelius Alexander.	XIII.	
236 25	C. Iulius Maximinus.	III.	
238 26	IMPERAT. CAESAR } M. Antonius Gordianus.	I.	
239 27	M. Antonius Gord. filius.	VI.	
245 28	M. Iulius Philippus.	V.	
250 29	Cn Meſſius Q. Traianus Decius.	II.	
252 30	(C. Vibius Trebonianus Gallus &	II.	
	(C. Vibius Hoſtilianus.	II.	
252 31	C. Iulius A. Emilianus.		III
254 32	P. Licinius Valerianus.	VI.	
254 33	P. Licinius Galienus.	XV.	
	Hec tempore xxx. Tyranni.		

269	34	Fl. Claudius.	II.
271	35	L. Domitius Aurelianus.	V.
276	36	M. Flavius Tacitus & M. Annius Florianus frater.	
277	37	M. Aurelius Probus.	V.
(282	38	M. Aurelius Carus, & Carinus, & Numerianus filij.	II. III.
(283			XX.
(284	39	(C. Valerius Diocletianus & M. Aurelius Maximianus.	XVII.
(286			II.
(304	40	(Fl. Valerius Constantius & C. Galerius Maximianus.	VIII.
(304			XXXI
306	41	Fl. Valerius Constantinus Maximus.	X XV.
(337	42	Fl. Iulius Constantius & Fl. Valerius Constans.	XIII.
(337			II.
361	43	Fl. Claudius Iulianus.	VI
352	44	Fl. Iouianus.	

Hinc Imperium diuidi cœptum in Orientale & Occidentale
& Constantinopolim sedes translata.

fuery postea usque ad an. 1612. alij 78. Imperatores
utroq. que utriusq. usque ad. dicit an. fuit Mathias
primus, filij Rodolphi secundi prout
Johis Caroli quatuor, qui regerunt. anno domini.
1512. potedit que regerunt, simul cu regno Hungarie
38. an. 8. mes. et 14. dieb.

IN COMMENT. DE ORI- GINE VRBIS ROMAE,

AND. SCHOTTVS.



ON dubito fore plerosque qui hac Aurelij Victoris esse negabunt, eius qui concisè Viros illustres: copiosius verò atque elegantius Augustos pertractauit. Stylus enim non malus auctorum index, repugnare videtur. Quoniam tamè in vet. codice M. S. eidem tribuuntur, quòd Aurelij nomen &

ἐπιγραφῆ, quam in Prolegomenis posui, libelli titulum praece-deret, eademq; manu scripta omnia essent, & ante Historiam Augustam, Secunda pars Aurelij Victoris; fidem meam liberare volui, & integrum, ut repperi, Victorem representare. Illud fortè mouebit, quòd initio T. Liuium vocet recentiorem; & memoriae nostrae proclamans historia, inquit extremo. Atqui Constantij & Iuliani aequalis Victor; qui aliquot saeculis à Liuiò absunt. Dein quem Victorem Afrum nominet, quæro. an seipsum, more Graecorum? ut Herodotus initio Historiæ. Sed de his docti iudicabunt Cuius cuius tamen est fragmentum, visum est non indignum quod in manus hominum veniret, propter & Vett. qui interciderunt, auctorum reliquias hic inspersas, & Annalium Pontificum fragmenta: quæ omnia temporis iniuria deperdita quotidianis pane conuicijs efflagitant homines eruditi. Tū quia Virgilio illustrando erit: quare cum illo & Dionysij Halicarn. & Liuij libro 1. diligens lector componet. Nihilò certè meliora sunt quæ falso Messallæ Coruini nomine circumferuntur de progenie Octauiani Aug. & Donati titulo, vita Virgilij, Terentij & de Comædia Rhapsodia.

Antiate] P. Valerium fortè intellegit, quem nescio quam obrem Antiam non Antiatem cognominari voluit. Meminit illius C. Plinius in præfat. Nat. hist. (tametsi Turneb. aliud subiiciat) Liuius, ceteri. nam de patria Verrij Flacci, Antias ne fuerit mihi N. L.

Marco Varrone] Sic vetus lib. sed ego Licinio Macro leg. Cælo

Cælo & terra editos] *Qui illustre aliquod beneficiū primo mortaliū generi præstitissent, ut Cererem repertis & frugibus & agricultura ceterisq; quadam homines illi consecrarūt, calog; donarunt: quod inde originem traxisse, & tamquā numina cælo delapsa mortaliū bono, stultè crederent eorūq; parentes ignorarent, aut ex inopinato ipsi apparuissent: Tertull. Apologetico. Sed ne aliorum scriinia compilare videar, lege Eras. Chiliasten & Cæb. Rodog. lib. xx. cap. xxxix. Illud addam ex eodem Tertull. libro: Saturnum inquit, quantum litteræ docent, neque Diodorus Græcus (sic enim leg. alij docuerunt, non Theodorus) aut Thallus: neque Cassius Seuerus aut Corn. Nepos, neque vllus commentator huiusmodi Antiquitatum, aliud quàm hominem promulgauerunt. Quod Minutius Felix in Octauio exscripsit & Lactantius lib. i. ca. xij. Diuinar. Institut. ut in Fragmentis Corn. Nepotis diximus.*

Nauandi dicunt] *Aut deest vox, aut nauiam leg. qua de Festus Pompeius: Nauia ex vno ligno exsculpto, ut nauis, quò vtūtur alieo in vindemia. & Macrob. lib. i. Saturn. cap. vii. his gemina refert. Ianus, inquit, cū Saturnum classe peruectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitās victum in melius redegisset, regni eum societate munerauit. Cū primus quoque æra signaret, seruauit & in hoc Saturni reuerētiam, ut quoniam ille nani fuerat aduectus, ex vna quidem parte sui capitis effigies, ex altera verò nauis exprimeretur, quò Saturni memoriā etiam in posteròs propagaret. Aes ita fuisse signatum, hodieq; intelligitur in alicæ lusu, cū pueri denarios in sublime iactantes, capita aut nauiam, lusu recte verustatis, exclamant. Sic enim in m. ss. quatuor integrè legi non nauim, testantur Pithœi fratres doctissimi. Hodieq; in vsu est ille lusus: Galli vocant iouer à croix ou pile. Ceterum de signato ære primū à Iano, vel, ut alij, à Saturno, Athenæus lib. xv. Plutarchus Problematis: Plinius lib. xxxiij. ca. ij. Ouid. i. Fastor. & Lactantius lib. i. Diuin. Instit. De Quadrante Ratito M. Terēt. Varrò lib. i. v. de l. l. & Festus Pompeius.*

Græca scil. appellatione] *ut d. P. & c. à monte, quòd montes ipsi incolerēt. Dion. Halicarn. lib. i. lege igitur, quæ illi opus*

vocant: *vel*, qui illis oras faciunt.

Verfibus quos olim] *Laudat Cicero hæc Ennianna*

---fcripferet alij rem.

Verfibus, quos olim Fauni vatesque canebant,
Cum neque Mufarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat---

in Bruto, Oratore & lib. de Divinatione, & Varro lib. v. 2. de l. Lat. Quod fequitur inuium deum corruptum, pro Inuum Deum. T. Linius lib. 1. Pana Romani post Inuum vocarunt: & Seruius ad illud Virg. vi. Aen. Pometios Castrumque Inui, Bolanisque Coramque. Inuus, inquit, Latine appellatur, Græcè Παν. Item ἐπιάλτης Græcè, Latine Incubus. Idem Faunus; Item Fatuus Fatuelis. Dicitur autem Inuus ab in-cundo passim cum omnibus animalibus; vnde & Incubus dicitur. Male quoque in vulg. Seruij exemplis Inus pro Inuus excusum.

Euander Arcas] *Arcades se indigenas esse, nō aduenas, gloriari solebant: eaq; causa lunulas in calceis gestabant, antiquitatis insignia, quod se cum liena natos iactarent, homines lunatici: Plutar. c. uiriois. Cicero pro Fundanio, quem Seruius in 11. Georg. testem aduocat. Arcades se esse αἰσιδίλους asserunt. & Apollonius lib. 1. v. Argonautic.*

A p̄cedis ἐὶ καὶ αἰσιδίους σεληνάοις ὑδέειν. J. Ouid. 1. Fast. Orta prior Luna (de se si creditur ipsi)

A magno tellus Arcade nomen habet.

Hinc fuit Euander, cet.

Recaranus quidam] *De Carano Heraclida, id est, posteritate Hercules, Alexandri Macedonis geneve paterno, Linius lib. xlv. Plutar. Alexandro, Solinus xv. ca. Polyhistoris, Justinus lib. vii. M. Velleius Paterculus lib. 1. & Sudas. De Recarano verò nihil adhuc compertum habeo.*

Latronem quendam] *Virg. vii. 1. Aen nunc semiferum, nunc semihominem appellat, qui hic legendus.*

Pinarios dictos] *Mirum vocis Potitiorum originem non attulisse. Dubitari enim potest an à potiando, an à πῶν ἢ πῶν ποτίζω, dicti. Illæ enim familia huic ministrare debebat. Vide Per. Nanniū Συμμίτων lib. v. & de Appio Claudio Linius lib. 1. Val. Max. lib. 1. c. 11. & Victorem nostrū De viuis illustr. c. 34.*

Quam

Quam opinionē sequi meruit] *Metuo ne & Harpyiarū ungues hunc locū contaminarint, cum prius maluit legeretur: rectē, nam Virgiliana lib. VI II. Aen. versu 193. cum ijs qua ex Annalibus Pontific. hic leguntur. gemina sunt.*

At verò Lucatius] *Puto Lutatio pert leg. Nihil tamen affirmo. Hoc tantum: videri corruptum hoc nomen in Seruio, qui Liuium falso citat auctorem prodita patria, ab Aenea & Antenore: cū ille disertè in ijs qua vulgo exstant libris affirmet in neutrum vetusto iure hospitij, & quia pacis reddendāq; Helena semper auctores fuerant, scutum. Ea enim librorum audacia semper fuit, ut qua ipsi ignorarent, in notiora peruerterent, ut Lutacium in Liuium, quod de illo ne fando quidem audiuissent.*

Cui Iulo cognomen] *Liuium & Virgiliū secutus eundem Ascanium & Iulum fuisse dicit. sic enim Poeta:*

Ascaniusque puer, cui nunc cognomen Iulo.

Ouidius quoque binominem vocat Ascanium. Dionysius tamen, Eusebius, alij rectius Iulum Ascanij filium faciunt. Male Liuius Siluium Ascanij filium appellat, cū esset Aenea postuma proles, ut Virg. VI. Aen. ait & Seruius. Inf. tamen Victor tanquam sui oblitus, Iulum Ascanij filium nominat.

Scrofa in incientem] *Sic emendavi, pro, partui vicinam. In vet. cod. intimentem, unde enitentem primò diuinaram. Sed Festus Pompeius lib. de Verb. signific. VII. extremo, nos manu duxit: Grauida est, inquit, quæ iam grauatur conceptu: Pugnans velut occupata in generando, quod conceperit: Inciēs propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius.*

Suem xxx. porcos] *Libet elegans Cassij fragm. è Diomede 1. Gramm. proferre: Grundiles lares à Grundio antiquo verbo dictos accepimus, quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrofae que xxx. pepererat porcos. Hoc ita esse affirmat Cassius Historia I I. Pastorum vulgus sine cōtentione consentiendo præfecerant equaliter imperio Remū & Romulum, ita ut de regno pares inter se essent. monstrum fit sus: parit porcos xxx. cui rei fecerunt Latibus grundiles. Vide & Nonium Marcell. Grundire.*

Amata Latini regis] *Sic & virgo Vestalis à Pont. Maximo capta appellari solet, quoniam qua prima capta est, hoc nomine fuisse traditū est. Agellius lib. I. ca. XI. Noct. Attic.*

Mezentij

Mezentij regis Agyllæorum] *Liuius*: Ad Mezentium Etruscorum regem confugiunt, qui Cere opulento tum opido imperians. *cet. Vrbs enim eadem Agylla à Catone & Cere, facta voce de χείρα appellabatur, teste Seruio in VIII. Aen. qui historiam narrat ut & Strabo. Hinc Caritum tabula, de quibus Agell. lib. xvi. 13. & Ascon. in Diuin. Vnde colligere est aut aliter olim diphthongum Ai pronunciari solitam, aut non rectè hodie Græca lingua pronunciationem restitui, ut litteræ quæ scribuntur, eadem omnes clarè distinctæq; esserantur: quod tamen probo: non rectè enim ut cū sono confunditur.*

Circa Numici flu.] Numicij scrib. hic & post paullo videtur. Numicius enim à Plinio lib. III. c. v. & Ouid. *Metam.* fluuius ille vocatur. Ab Halicarn. *πότημα* & *Νομίνι*, cuius mediam syllabam mi Horat. Ep. xv. 11. præter Gramm. legem corripuit, quam alibi idem extendit,

Brundisium Numici melius via ducat an Appi. Præstinguerentur] *Malo quàm perstringerentur. tamen si hanc vocem cum illa frequenter scioli commutarint; Proprietatis credo ignoratione exsulauit hætenus, nunc à varijs in veterem possessionem ex Asconio restituta. Lucret.*

Præstinxit stellas exortus uti etherius Sol.

Patrem indigetem] *Qui indigetes dij dicantur, Seruius in XII. Aen. & Sex. Pompeius.*

Lucius Cæsar] *Post paullo Caius Cæsar, & inf. Iulius nominatur: quare vereor ut rectè habeat scripta lectio, legendumq; sit Iulius Cæsar. Certè procliuius error, traductis nonnihil litteris pane ysdem. Et verò C. Iulii Cæsarem Augustalium libros scripsisse inter doctos conuenit. laudatos à Præf. lib. vi. & VIII. Gramm. Auspiciorum sextum decimum Macrobius. i. Saturn. citat, Et Pontificaliū libros Auctor noster sup. quos, licet non nominet, perpetuò citari puto.*

Coloniæ deductæ] *qui Prisci Latini dicti sunt inquit Liuius. de Præneste & Pometia dixi in Notis Illustrium.*

Fratris sui filium] *Egestum Halicarn. Plutar. AENitū in Parall. num. 69. Eutropius Sergestum appellat, alij etiam Laufum.*

Necari sacerdoti iussit] *Quidam viuam humi defossam ajūt, ut Vestales delinquētes solent. Vide Plutar. Problem. 96.*

iuus: M

Impositos

Impositos alueo pueros] *Liuius fluitante alueo expositos pueros dicit, quæ pro nauigio rudi capit Gyraldus, nam Plutarch. in Romulo scapham vocat.*

Acce Laurentiæ] *In M. S. constanter Accelerantiæ: emens daui Acce Laurentiæ transpositis litteris, quod propius abest à scripta lectione, quam quod in vulg. ferè Acce Laurentiæ.*

Ruminalem dictam] *Huius fici meminit Corn. Tacitus XIII. Annali extremo. De Lupa eadem in Eusebij Chroni- cis leguntur.*

Et que in æstentios hom.] *Contra Liuius: Non cū glo- bo iuuenum (nec enim erat ad vim apertam par) sed alijs alio itinere missis certo tempore ad regiam venire pasto- ribus. cet.*

Remuriam appellaret] *Ennius apud Cicer. i. de diuinat.*

Certabant urbem Romam Remuramne vocarent:

Omnis cura viris vter esset Induperator.

Ne quis vallum transsiliret] *Liuij verba sunt: Vulga- tior fama est ludibrio fratris Remum novos transsiluisse muros: inde ab irato Romulo interfectum. quomodo melius legi quàm transsiluisse Diomedes i. Gramm. admonuit. Mu- ros tamen non rectè appellat, cū Tarquinius Priscus, primus Urbem muro lapideo cinxerit; nisi muri fundamentum & designationem aratro factam intellegas. Illud non prætermi- tendum primum Virorum illustrium cap. de Proca in M. S. a fuisse, sequebatur enim perpetua serie Romulus a sylu con- uentis. nã vulgat & edit. illa de origine Urbis, hinc coccinnata.*

AVCTO-

Handwritten signature in cursive script, likely belonging to a collector or owner of the book.

AVCTORVM

Qui hic laudantur, nomina.

- Acilij Pisonis Epitoma pag. 32. 35. 39.
 Alexander Ephesius de bello Marfico pag. 30.
 Annales Pontificum. 29. 38. bis. 41.
 Aufidius 39.
 Auctor hic de origine Patavina scripsit 24.
 Cassius 29.
 Cæsar Pontificalium libri. 31. 32. 33. 37. 39. 40.
 Lucius Cæsar 36.
 Iulius Cæsar 39.
 Caius Cæsar 37.
 Catonis Origines. 34.
 L. Cincius 38.
 Domitius 33.
 Egnarius 43.
 Ennius 27. 43.
 Fabius Pictor 40.
 Sex. Gellius de orig. gentis Romanæ 37.
 Licinius Macer 39. 43.
 Livijs 43.
 Lucatius vel Lutatius. 31. 33. 35. 38.
 A. Postumius de aduentu Aeneæ 36.
 Plautus Stichus & Truculento 29.
 Sallustius Catilin. 26.
 Sempronius 32.
 Tubero 38.
 Valerius Antias 39. 40.
 Vennonius. 40.
 Vulcatius 32.
 Virgilius { Eclog. 28.
 { Georg. 28.
 { AEncid. 23. 24. 25. 26. 31. &c.

RERVM SERIES.

Saturnus	pag. 23. & 25.	Euxinus sinus	32.
Ianus	23. & 25.	Lavinium.	33.
Primus aliqu. pro principe.	24.	Caput velare in sacrificijs	33.
Creusa	24.	Turnus	35.
Agrēstes homines	25. 26.	Ascanius	36.
Ædes Saturni ærariū po. Ro.	26.	Lavinia in filia parit	37.
Monetę eudendę repertor.	ibid.	Silvius Postumus rex. ibi. &	38
Aborigines	27.	Alba Longa conditur	37.
Picus	ibid.	Sus xxx. porcos peperit	37.
Faunus	ibid.	Tiberinus Silvius	38.
Silvanus, seu Pan	ibid. & 28.	Remulus Silvius	ibid.
Euander	27.	Auentinus Silvius	39.
Carmenta	ibid.	Procas Silvius	ibid.
Mons Palatinus	ibid.	Numitor	ibid.
Hercules seu Recaranus.	28.	Amulius	ibid.
Cacus latro	ibid.	Rhea Silvia	ibid.
Ara maxima	ibid.	Acca Larentia	40.
Herculi decima offerebatur.	ib.	Ruminalis arbor	ibid.
Feminę cur a sacrif. arcetur.	29	Lupa Picus	ibid. & 41.
Porrij & Pinarij	30.	Romulus & Remus	41.
Latinus rex	ibid. & 33.	Manipulares vnde dicti	42.
Interfectus.	35.	Amulius interficitur	ibid.
Aeneas	31. & 35.	Auspicia condendę Vrbs	ibid.
In cælum tralatus	36.	Vultures xri. visi Romulo, ibi.	
AENEÆ nauigatio.	30.	Remus a Celere Centur. inter-	
Misenus & Misenos.	31.	fcitur	43.

DE

DE AVCTORE VIRO R.

ILLVSTRIVM.



SOLET in Methodo pertractanda hac primè
 Quæstio agitari: An sit: qua de rei natura, an
 subsistat, quarunt differendi artifices: Eadē nos
 via prius, quàm ad rem ipsam veniamus, de
 auctore huius libelli Plinius ne, an Corn. Nepos
 an neuter potius sit: breuiter sumus disputaturi: de quo varia
 sunt doctiss. hominum, & discrepantes sententiæ: Quidā enim
 C. Plinio C. acilio. alij Cornelio Nepoti: nonnulli Suetonio
 Trāquillo inscribere, nec desuere qui Aemilio Probo. Nam
 qui C. Corn. Tacitū auctorem faciunt, toto celo errare mihi
 videntur: stylus enim, dicendiq; ratio reclamat: falsi for-
 tasse, quod de Oratoribus illustribus scripsisse Tacitum audi-
 uissent: sed eum, qui vulgo circumfertur, libellum Fal. Quin-
 ctiliano vero auctori nuper restituit in his litteris doctiss. In-
 stus. Lipsius noster. Qui Suetonium patrem legitimum affir-
 mare non dubitant, na illi iniqui familiarum Censores sunt,
 digni quibus ignominia & caussa nō equus adimatur: sed à Ca-
 tonibus censura ipsa abrogetur. Quod enim D. Hieronymum
 in eo libro quem & ipse de Viris illustribus conscripsit, aucto-
 rē laudat, dicā libere, verè tamē, errat: nec sensum adsequun-
 tur. verba ipsa apponam. Hortaris, Dexter, vt Tranquillum
 sequens, Ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram: Et
 quod ille in enumerandis Gentilium litterarum viris fecit
 illustribus, id ego in nostris faciam. Quibus ipsis, qui hæc
 obijciunt, refelli & tamquam suo gladio confodi. quis ita cæ-
 cus est, vt non videat? Illustres enim Suetonij Grammaticos,
 qui hodieq; in manibus sunt, intellegit. Non infitior tamen
 Stemma illustrium Virorum Romanorum scripsisse Tran-
 quillum, vt ex Suida collectaneis apparet: & de Ventulio Basso
 Suetonium scripsisse Agellius auctor est.

Qui Cornelio Nepoti attribuant plures, ijq; doctiores: sed
 vereor ne fallantur, quod bona eorum venia dixerim. Sed age
 rationes dispiciamus: In primis C. atulli illo carmine pugnat,
 quo Cornelio Nepoti Veronensi poëma suum dedicat, vt pote
 cuii suo

eius suo & municipi, vel, ut cum Plinio maiori castrense vocabulum usurpem, conterraneo:

Quoi dono lepidum, nouum libellum,

Arda modo pumice expoliturus?

Corneli, tibi: namque tu solebas

Meas esse aliquid putare nugas,

Iam tum, cum aulus es vnus Italorum

Omne æuum tribus explicare chartis,

Doctis, Iupiter, & laboriosis.

Fateor equidem de Viris illustribus scribisse Nepotem: Nam & Agellius, magna scriptorum lauerna, lib. XI. cap. IIX. integrum inde caput transcribit: & Fl. Sospater librum XV. & XVI. Virorum illustrium citat: alijq; quos in eo lib. in quem Corn. Nepotis librorum omnium, qui desiderantur, fragmenta coniecimus, & Corn. Valerio præceptori nuper dicauimus, recenseo. Nunc si quis inferat, libelli istius auctore esse Nepotem, constanter negabo: nec enim magis consequitur, quam vel Suetonium, vel Æmilium Probum, vel Higinum, vel alium quemuis. Huc accedit: capita ipsa, que Agellius, Sospater, Seruius, cateriq; ex Nepotis Illustribus recitant, ne vestigium quidem libelli nostri præferre Vnum de multis exemplū, quoniam ad rem facit, adferam. Agellius (vel si vet. librorū auctoritatem neglegis, A Gellius) Noct. Attic. lib. XVII. cap. XXI. non obscure hunc esse Nepotis partem negat. M. inquit, Manlius Romæ, qui Gallos in obliuione Capitolij obrepentes per ardua depulerat, conuictus est consilium de regno occupando inijsse: damnatulque capitis è saxo Tarpeio, vt M. Varro ait, præceptus datus; vt Corn. autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est. Noster verò desertim de saxo Tarpeio precipitatum scribit. Sed nihil agit Cattellianus Corta, qui hæc ad Chronicam Nepotis detorquet: nec enim simile vero, tam præstantem historicum tam repugnantiam in Viris illustribus dixisse. Verum vt symbolam quoque Græcus auctor conferat, non leuis, sed ῥώμιε & μάτρε Plutarchus, vt ipsi obseruauimus, de Lucullo longè aliter scribisse Nepotem refert, atque adulterinus iste Nepos sic enim ait: Post cum alienata mente desipere cœpisset, tutela eius M. Lucullo fratri permilla est. Plutarchus verò: Νέπως ὃ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρωσ φησὶν, ἐδὲ ἰόσσε παραλλάξει τὸν Δούκουλλον,

M

κευλλον,

κουλλος, ἀλλὰ Φαρμάκοις ὑπὸ τινὸς τῶν ἀπιλευθέρων Καλλι-
 λιδίνους διαφθαρέτω. *Qua sic vertebamus*: Cornelius Ne-
 pos neque senio, neque morbo, ait, alienata mente fuisse,
 sed à Callisthene Liberto venenis corruptū. *Callisthenis*
nulla apud auctorem nostrū mentio, neque senij, morbi, aut ve-
neni: Necessè est igitur alio Nepote vsum Plutarchum. Idè
quoque in Tiberio & Caio Gracchis: Νέπωσ ἰ Κορνήλιος Φησιν
& Κράσσου, Βρῦτς ἢ θριαμβεύσαντ' ἀπὸ Λυσίτανῶν θυγατέρα
γῆμαι Γάϊου. i. Cornelius Nepos nō Crassi, sed Bruti, eius
qui de Lusitanis triumphauerat, filiā in matrimonio Caiū
habuisse scribit. In Nepote verò isto subditicio filia, neque
Crassi, neque Bruti vlla mentio exstat, nisi cacutiunt oculi.
Rursus in noctibus Atticis est, li. XI. ca. VIII. & Macrobio
præfat. Saturn. Plutarcho in Catone M. Catonē iustè A. Al-
binum reprehendisse, quòd homo Romanus Græca oratione res
gestas Romanorum cum componeret, veniam antè imperitiā
præfatus esset. Porcij quidem Catonis noster meminit; de Al-
bino verò verbum nullum. Vnde relinquitur, falli eos qui Ne-
poti hunc fetum attribuunt. Porro ad stylum quod attinet,
Nepoti is abiudicat, quòd illustres viros copiosius scribisse Ne-
potem apparet ex T. Pomponij Attici vita & M. Porcij Cato-
nis, quæ dumtaxat ab iniuria temporis reliquæ sunt. Quòd
& libro, si modò illius est, de Vita Excellentium (vel ut M. SS.
quidam legunt, Externorum Impp. probari posset. Noster ve-
rò ita concisus auctor est, ut Elogia potius Illustrium, quæ vi-
tas scribisse videatur: qualia versibus quaternis Atticū con-
textuisse testis est Nepos ipse & Plinius. Plura argumenta ex
fragmentis nostris Nepotianis ingenioso cuique facile suppedi-
tabunt: sed hac facient, nisi vehementer fallor, satis ei, qui non
omnino pertinax falsi patronus defensorq; esse voluerit.

Nunc ordine de Plinio Nepote videamus, à quo etiam hæc
 remouenda iniuria est, ne auctor eius esse videatur, quem, si re-
 uiuifcat, pro suo agnoscere, sat scio, nollet. Non enim cadit in
 tam secundum ingenium, tam exile, & plusquam sordidum
 aliunde mutuandi studium. Verba illius adscribere non pige-
 bit ex epistola XX. lib. VI. ad Corn. Tacitum, quibus huius li-
 belli auctorem quidam facere se posse confidunt, quòd annos na-
 tus duodeuiginti, historiam se scribere cœpisse affirmet: Age-
 bam, inquit, duodeuicesimum annum. Posco librum T.

Liuij

Liuij & quasi per otium lego, utque etiam, ut ceperam, ex-
 cerpo. Vultisne igitur dari vobis, res gestas breuiter à Liuiò
 decerpisse Plinium, eas, inquam, quæ nunc in manibus sunt
 cur amabo, totiens, à Liuiò diuersus abit, & pugnantia com-
 memorat: Græcos in plerisque potius secutus, ut Dionysium,
 ut Dionem, ut Appianum, ut Plutarchum? His igitur illud
 Epicharmi occino, $\mu\iota\upsilon\upsilon\omega\sigma\omicron\ \epsilon\pi\iota\varsigma\ \epsilon\upsilon$. Quemadmodum ex linea-
 mentis de legitimis liberis & spurij filijs iudicare sole-
 mus: idem hic sentio faciendum. Certè, si quod in his iudicium
 meum est, non sapit Plinium Cæcilium stylus. Adhuc verissi-
 mile sit, si is verus auctor esset, cum aliorum maximè virtute
 bellica, togæ Illustrium vitas persequatur: eorum qui Au-
 gustum sunt insecuti ad Traianum vsque, Imperatorum ho-
 minumq; illustrium non omissurum fuisse: propterea quod in
 epistolis viri, qui ceteris laude antistabant, omnes pane pagi-
 nas impleant. Venit in mentem coniectura fortassis vera, cur
 Nepoti aut Plinio inscriberint quidam: cum enim in M. SS.
 fortè vidissent C. PLINII NEPOTIS (fuit enim C.
 Plinius Cæcilius alterius ex sorore nepos) oblitteratis nonni-
 hil prioribus, paruaq; facta immutatione, CORNELII
 NEPOTIS legi cœptum: aut vice versa accidisse non ad-
 modum à vero abhorret. Sed libros, inquit, calamo exaratos,
 arbitros cœrouersia depono. Quinque nos quidem vsi sumus,
 demtis antiquitus excusis quamplurimis, qui etiam vehemē-
 ter nos adiuuerunt: Quod à Theod. Pulmanno, erudito viro,
 accepi, longè optimum: Lectionum verò varietates aliquot ex
 Io. Nicelli Sequani doctiss. viri codd. duobus, quorum alter
 1000. abhinc annis, vel pluribus, scriptus est, communicauit
 nobiscum P. Siluius iuuenis Græcè Latineq; doctus. Lutetia
 verò Franc. Pithoëi m. s. & Bibliotheca D. Victoris in subur-
 bijs sita vsus sum. Pulmanni exemplum hanc $\epsilon\pi\iota\tau\omicron\gamma\epsilon\alpha\phi\upsilon\upsilon$ præ-
 fert: Aurelij Victoris Historiæ abbreviatæ ab Augusto O-
 ctauiano, id est, à fine T. Liuij vsque ad Consulatum deci-
 mum Cōstantij Augusti, & Iuliani Cæsaris tertij: Eratq;
 in duos tomos sectus liber, prior de urbis Roma orig. fragmen-
 tum, & Viros hosce illustres continebat: alter Caesarum vitas
 hinc vsque ab Augusto: qui tamè ab edito mirè variat, quem-
 admodum nunc si cum vulg. Epitoma conferat, studiosus Lector
 cognoscat. Desinat igitur docti dubitare cuius Viri illustres
 sint,

sint, reperto vero auctore Sex. Aurelio Victore. Priore enim parte, tanquam Prolegomena sunt, quibus ea quæ à Liviò dicta prolixius, summatim repetit prius, quàm Imp. vitas aggrediatur.

DE AVCTORIBVS ANTIQVIS

VIROR. ILLVSTRIVM.

LIBET illustres aliquot de Viris domi militariq; illustribus scriptores quos Victor imitandos proposuit, recensere, eos porissimum quorum libri interciderunt. De Plutarcho igitur, qui Græcos & Latinos Imp. comparavit, non necesse habeo dicere, quod ipsius libros verè philosophicos in bibliothecis desiderari nefas putem. Iulium Higinum de claris viris, seu de vita rebusq; Illustrium virorum laudat Agellius lib. 1. ca. XIV. Noct. & Asconius in Pisonianam, qui Lucium appellat commutata fortasse I littera in L, librariorum audacia; nisi fortè L. Iulium Higinum dictum videri placet. Suetonius C. Iulium Higinum in Illust. Gramm. nominat: eiusdem exemplorum libros, fortè eosdem, idem citat Agellius lib. X. cap. XVIII. Alphæus Auitus Excellentium virorum libros reliquit Iambico dimetro, vt ex fragmentis quæ à Prisciano IIX. XII. & XIIX. libris Gramm. adferuntur, apparet: De quo equalis eius Terentianus Maurus:

Vt pridem Auitus Alphius
Conscripsit Excellentiam.

T. quoque Pomponium Atticum de Viris illustribus carmine scribisse: in eius vita auctor est Nepos & Plinius lib. XXXV. cap. II. Nat. Hist. atque versibus nõ amplius quaterenis quinisq; sub singulorum imaginibus facta, & magistratus eorum describisse. Plinij iunioris equalis Titinius Capito exitus Illustrium virorum tradidit, in ijs quorundam sibi carissimorum: auctor Plinius lib. VIII. epist. XII. D. quoque Hieronymus in Catalogo eorum qui de scripturis sanctis memoria aliquid prodiderunt, ad Dextrum Prætorio Præfectum aliquot enumerat; quorum nomina tantum, eaq; vix integra, ad nostram vsque ætatem peruenerunt: Fecerunt, inquit, hoc idem apud Græcos Hermippus Peripatericus, Antigonus Caristius, Satyrus doctus vir, & longè omnium doctissimus Aristoxenus

- 7 Aristoxenus Musicus. Apud Latinos Varro, Sātra, Nepos, Hyginus, & ad cuius nos exemplum vis prouocare, Tranquillus. De Varronis autem septingentis Illustribus, quos pri- mos nominasse oportuit, vidend. Plin. lib. XXXV. cap. 11. Natur. Histor. Lactantius quoque, Christianorum Cicero, lib. I. cap. X. Diuinar. Instit. Tarquitium quendam de Viris illu- stribus laudat auctorem, vbi quis Tranquillum esse legendū conijciat, nisi aliud locus ipse suaderet. Memini legere apud Trithemium, Prosperum Aquitanicum de Viris quoque illu- stribus scribisse, sed sacrisne, an profanis, non liquet; neque enim videre contigit.

Ceterum de ratione consilij nostri paucus sic accipe: menda, quamuis libellus sit, supra quam cuiquam credibile sit, libb. vett. ope sustulimus: nihil tamen temere immutauimus: quod illis iudicandum relinquo, qui hac nostra cum vulgaris com- parabunt. Vt verò lucem historia darem, annos Consulares ad oram adscripsi, secutus serè Capitolinos Fastos, quos Car. Sigonius ac nuper Steph. Pighius, & Hubertus Goltzius no- strates digesserunt: in Augusta verò historia Fastorum lib. se- cundum Onusrij Panuini, hortatu Io. Oliuarij Iuriconsulto- rù disertissimi: quo Eloquentia professore Duacenes merito su- perbiunt: Notas, quibus emendationum nostrarum ratio ex- plicatur, ne libri moles nimium excresceret, non addidimus: & recens ea edita Duaci, in gratiam nobiliss. iuuenis Philippe La-Noij, Dom. Tourconij, mihi sanè multis nominibus carissi- mi. Valemi Lector, & hac si studia tua iuuabunt, abunde magnum laboris mei premiū consecutū me esse existimabo.

17.	Quintus Cincinnatus.	17.	Quintus Cincinnatus.
18.	Agrippa Mæcius Laus.	18.	Agrippa Mæcius Laus.
19.	M. L. Iunius Silianus.	19.	M. L. Iunius Silianus.
20.	T. Quinctius Flaminius.	20.	T. Quinctius Flaminius.
21.	M. Fulvius Nobilior.	21.	M. Fulvius Nobilior.
22.	L. Scipio Africanus.	22.	L. Scipio Africanus.
23.	Antiochus rex Syriæ.	23.	Antiochus rex Syriæ.
24.	Cn. Manlius Vulso.	24.	Cn. Manlius Vulso.
25.	L. Aemilius Paullus Maced.	25.	L. Aemilius Paullus Maced.
26.	Publius Decius.	26.	Publius Decius.
27.	T. Sempronius Gracchus.	27.	T. Sempronius Gracchus.

M. S. SERIES

S E R I E S V I R O R U M I L L U S T R I V M.

P ROCA Siluius rex Albanorum. Cap. 1.	T. Manlius Torquatus. 28.
Romulus primus Rom. rex. 2.	M. Valerius Corvinus. 29.
Numa Pompilius secundus 3.	Sp. Postumius. 30.
Tullus Hostilius III. 4.	L. Papius Cursor. 31.
Horatii & Curiarii.	Q. Fabius Rullianus. 32.
Metius Fufens.	M. Curius Dentatus. 33.
Ancus Marci ^o quartus rex 5.	Appius Claudius Cæcus. 34.
L. Tarquinius Priscus V. 6.	Pyrrhus rex Epeiorum. 35.
Seruius Tullius VI. 7.	Decius Mus. 36.
Tarquinius Superbus VII. rex Rom. 8.	Appius Claudius Caudex. 37.
L. Tarquinius Collatinus & Lucretia vxor. 9.	C. Duilius. 38.
Iunius Brutus I. Rom. Consul. 10.	A. Atilius Calatinus. 39.
Horatius Coeles. 11.	M. Atilius Regulus. 40.
Mucius Cordus Scævola. 12.	C. Lutatius Catulus. 41.
Clelia Virgo. 13.	Annibal Carthaginensium dux. 42.
Fabius Trecenti sex. 14.	Q. Fabius Maximus. 43.
P. Valerius Poplicola. 15.	P. Scipio Nalica. 44.
A. Postumius. 16.	M. Claudius Marcellus. 45.
L. Quinctius Cincinnat ^o . 17.	Claudia virgo Vestalis. 46.
Agrippa Menenius Lanatus. 18.	M. Porcius Cato Censorius. 47.
C. Marcius Coriolanus. 19.	C. Claudius Nero, & Aldrubal frater Annibalis. 48.
C. Licinius Stolo. 20.	P. Cornelius Scipio Africanus. 49.
L. Virginius Centurio. 21.	M. Liuius Salinator. 50.
Aesculapi ^o romã aduect ^o . 22.	T. Quinctius Flaminius. 51.
M. Furius Camillus. 23.	M. Fulvius Nobilior. 52.
M. Manlius Capitolinus. 24.	L. Scipio Asiaticus. 53.
A. Cornelius Cossus. 25.	Antiochus rex Syriæ. 54.
P. Decius (pater. 26.	Cn. Manlius Vulso. 55.
(filius. 27.	L. Aimilius Paullus Macedonicus. 56.
	Tib. Sèprontus Gracchus. 57.
	P. Scipio

P. Scipio Aemilianus.	58.	L. Licinius Lucullus.	74.
C. Hostilius Mancinus.	59.	L. Cornelius Sulla.	75.
L. Mummius Achaicus.	60.	Mithradates rex Ponti.	76.
Q. Cæcilius Metellus	{ Macedonicus. 61 Numidicus. 62 Pius. 63.	Cn. Pompeius Magnus.	77.
Tiberius Gracchus.		64.	Accesserunt
Caius Gracchus.	65.	C. Julius Cæsar.	78.
M. Liuius Drusus.	66.	C. Cæsar Octavianus.	79.
C. Marius (pater.	67.	Caro Prætorius.	80.
(filius.	68.	M. Tullius Cicero.	81.
L. Cornelius Cinna.	69.	M. Brutus.	82.
C. Flavius Fimbria.	70.	C. Cassius Longinus.	83.
Viriathus Lusitanus.	71.	Sex. Pompeius.	84.
M. Aemilius Scaurus.	72.	M. Antonius.	85.
L. Appuleius Saturninus.	73.	Cleopatra Aegyptiæ regina.	86.

M 4

IN AVR.

[Handwritten signatures and scribbles in ink, including a large flourish and several illegible signatures.]

IN AVR. VICTORIS
HISTORIAM AVGVSTAM
NOTÆ AND. SCHOTTI.



VICESIMOQVE duobus etiam] Sic integrè scriptum habet calamo exaratus codex, pro Secundo. Quæ res statim initio operis conturbare lectorem queat; verum insolens non est auctori nostro numerum cardinalem ordinali & retro vicissim commutare, ut Gramm. filij appellant. Sic in Tiberio inf. disertim repperi: Cum imperium tres atque viginti, xvi octogesimum vno minus annos egisser. In Gordiano: Perijt sexennio imperij. Et Seuevo, annis regni duodeuiginti extinctus est. Quæ si quis asserat non ab auctore, sed à librarijs esse, qui compendio notisq; signatos numeros efferre rectè non poterant; animus est non vehementer contra pugnare. Certè apud Tacitum reperias saepe, vna & vicesima, duo & vicesima legio, vna & vicesimani, Historia Augusta lib. II. & IV. nisi quis composita esse malit, ut vndeuicelimus & duodeuicelimus. Erit fortasse qui sic interpungendum putet, vicesimoque, duobus etiam; ut ἐλλειπτικῶς additis, vel simile exaudiatur. Sed hac lubens volensq; refero ad III. Viros stultibus iudicandis, à quibus ad populum prouocare religio sit.

Magni auunculi] Malè subditicius Victor, qui hæctenus circumfertur, maiorem auunculum facit, Suetonij errorem secutus, Augusto cap. VII. qui tamen tamquam sui oblitus XXIV. c. sororis nepotè appellat. vide l. Iurisconsultus. §. quarto gradu. D. de gradu. & affin.

Patriam] lege partium. C. Casij imaginibus adscribi solebat, DVCI PARTIVM. Tacit. xvi. Annali.

Nisi Germaniæ] pro excepta Germania, vel praterquam Germanorū ferocia. sic mox vititur voce Ablque: Felix adeò ablsque liberis tamen simulque coniugio, id est, praterquam in liberis, vel si liberos excipias. Et in Caligula, immaturo ablsque Octauiani interitu, id est, praterquam quòd Augustus ad

stus ad seram & maturam senectutem peruenit. Quomodo
 usurpat & Ammianus Marcell. & id. aratis scriptores. Plau-
 ti illud totiens obuium, absque illo esset; absque te foret, pro-
 sine te, in Capiteiu, Menach. Bacchidibus, Trinummo. Et Te-
 rent. Phormione & Hecyra: Quam fortunatus ceteris sim-
 rebus, absque vna hæc foret.

Iudei] Expresse scriptum, sed hæud dubie Indi leg. idem
 mendum infederat in Victoris Augusto sup. inter Illust. Vi-
 ros. De Garamatis apud Tranqu. pax: eos L. Annæus Florus,
 siue is Seneca est, M. Durnio subigendos datos esse scribit. De
 Bactris aquè ætium silentium, sup. paullo. Intemperantie,
 quinta inflexione, ut Intemperies & Materies. Pugnans au-
 tem hæc cum Sueton. lxxviii. cap. Mox mirè teneretur, legi
 mauult vir eruditiss. Franc. Schottus r. c. frater cariss. & verò
 syllaba geminata videtur.

2. Cuius nomen astu obtinebat] Ita scriptum erat, sed re-
 centissima manu in abnuebat mutatum, fortè ex auctoritate
 formis editorum. Io. Oliuario I. C. non displicebat antiquari
 illam vocem retineri, nam Obtinere, ut pertinere; unde Ob-
 stinatus, & pertinax.

Adhuc] Quoniam bis repetitum, alterutrum tollendum,
 vel fortè adeò exsecratur, leg. Victori verò familiare, Adhuc
 pro adhuc, ut nihil aquè. quod monere placuit, ne quis aut
 damnet tamquam infrequens, aut veluti mendum mutet.

Flagitijs obtentui] Sic Tacitus loquitur: delectæ omnes
 copię forent, ni victorem exercitum attinisset. obscurum
 noctis, obtentui fugientibus. Histor. Augusta lib. 11. Mox
 pro solitis, quod in manuscripto est, leg. solutis; ex Sueton. cap.
 xli. vulgari edit. resolutis.

Inter exedra.] Veteris libri scriptura est, quæ religiose, qua
 fieri poterit, in textu resinebo, ut diuturno cuique sit integrum.
 Oliuarius ex edito inter exordia leg. censer, cui assentior, sic
 enim inf. in Alexam. Seuero loquitur, Pauloque inter exor-
 dia patriæ reddito. Dio refert ad annum Tiberij quartum,
 quo ipse tertium, & Germanicus iterum Coss. fuerit. Retto
 igitur inter exordia.

Quæ de Farnace] Ita manu scrip. leg. tamen ex Tacito quæ
 Tacfarinate duce, quo de lib. 11. & 111. Annal. Pharnacio
 Syri mentio est in Eutropij manuscrip. Traiano lib. 111.

Dispersæ] per centurias, inquit Dio lib. lviij.
 Proximis municipijs seu Romæ.] Suet. *Augusto cap. xlix.* Certum numerum, partim in vrbe, partim in sui custodia allegit. *Et mox:* neque tamen vnquam plures, quã tres cohortes in vrbe esse passus est: easque sine castris, reliquas in hiberna & æstiuâ circa finitima opida dimittere assuërat. *Quæ faciunt illi loco illustrando,* nam ceteros Paritorum Paullus I. C. vide l. 3. D. de officio Præfec. Vigilum, qui Tribunos ab Augusto appellatos ait.

In castra apud vrberem red.] Consilio Aelij Seiani. Corn. Tacit. *iv. Annali.* Dio lviij. Plinius lib. *iiii. cap. v.* Tranquillus Tiberio cap. *xxxvii.* Romæ castra constituit, quibus Prætorianæ cohortes vagæ ante id tempus & per hospitia dispersæ continerentur. vide & Octauio cap. *xlix.*

Præfecturam appellans vel augens prætorio] Cùm antea Præfecti cohortium Prætoriarum dicerentur, Præfecti Prætorio dici cœpere, & vim præfectura modicam antea, hoc Seiani commentum intendit. Tacitus initio lib. *iv.* vide l. *unic.* D. de offic. Præfecti Prætorio.

Claudio Tiberio] Manuscrip. Claudio Ferian, quod ex Tiberio iam factum apparet ab imperitis librariis: nam quod ora recenti manu adscriptum erat fere iam nauci non est.

Augustus proauus] Caligula per Iuliã filiã & Agrippinã neptē: Agrippa auus maternus per Agrippinã filiã: Drusus Germanicus auus paternus, qui ex Antonia minore Germanicum Caligula patrem genuit, ipse Germanici & Agrippinæ filius. *Quæ cùm ita sint, adderem paterno Drusus Germanici pater, quod ab oscitante vel festinante scriba omissum videtur, si S. P. Q. Litteratus auctores fieri vellent.*

Matris] Agrippinæ, quam primum in Pandatariam insulam relegauit, oculaq; per centurionem viribus excusso mortuam inedia est criminosisimè insectatus. Sueton. Tiberio *liij. cap.* Neronem & Drusum fratres Caligula ab Senatu hostes iudicatos criminante Tiberio, fames absumsit. Idē Tiber. c. *liij.* & Calig. c. *v. 11.* Tacit. *v. Annali.* & Dio *lvij. lib.*

Casum tantæ familiæ] afflictæ domus. Suet. Calig. c. *xij.*
 Similem fore sui] An Iuisi patri, auo, proauo: quod sequentia confirmant: an similem sui? vti de se Tiberius ambiguit initio dicere solebat, similem se semper sui futurum.

Tranqu.

Tranq. Tiber. c. lxxij. Sed illud immane quantum præfero.

[Sapientum plures.] Copiosè hæc Aelius Spartianus extremo Suetoro. Nota autem agrestes, doctis opponi, ut infr. Vespasiano, bonis indocti & prudentibus inertes. Homine enim imperito nunquam quod id quam iniustus. Terent. A delphis.

Neque meliores famulos.] veteres lib. Rectius tamen meliorem famulum ex Tranquilli x. ca. & Taciti vi. annal. qui Passieni Oratoris dictū esse scribit, quem Plinius lib. xvi.

Nat. histor. c. xliij. & Sæneca sæpe laudant.

Vitalis ingenia.] Dubites utrum legas in. m. s. recens an veteris solent anni mensibus. Illud ut referas ad imperij initium, hoc ad id tempus quod Tiberij mortem antecessit: ideo quod populares ferè sint qui magistratus ambiunt, & simulant vultum, verba, preces, blanditias: deinde nacti quod cupierant, personam illā exuunt, ut Appius Decemuir. Ita ferè Q. Tullius de petit. Consulatus. Sed huic repugnare videtur illud, nactus potestatem, Quid si veteris olim anni mens. legas? Pe. Pirhoëus. quem ego ob singularem doctrina coniunctam humanitatem pro eo ac debeo amore complector, deteri solent leg. diuinabat, & mox inter Patres ius. x. Quæ autem populariter, quæq; liberaliter in populum & ciuilitate gesserit, Sueton. c. xv. deinceps & Dio lib. lix.

Prædicaret.] ἀνακόλλω. fortè prædicat. Confundit enim sæpe librarius & v. litteras, quisquis hæc descripsit. Suetoro. c. xv. extr.

Ob incestum.] scilicet sororum; Suetoro. xxiv. c. Ex thoro autem Bacch. impressi è choro. sup. matronis nobilibus illudens tentabam, sed bene habet. Sic enim Suetoro. Iulium Cæsarem ne provincialibus quidem matrimonijs abstinuisse c. li. & vulgata editio numero 53.

Spe in Germaniam.] Credo specie in Britanniam scripsisse Victorem, librarij tpe; illud tamen non damno: spe enim de bello militibus fecerat. Et quod ad Oceanum ageret, in Britanniam cogitasse propius a vero abest: nam Britannica expeditione hæc gesta Xiphilius & Orosius aliq; auctores sunt.

Conchas umbilicosque.] Cicero 11. de Orat. ait Scipionē dicere solitum se repuerascere cum ad Caietam unā cum L. alio amico suo cōchas legeret & umbilicos. Eadē Valer. Max. li. viij. c. viij. ubi in quibus. m. ff. obeliscos pro umbilicos legas.

Nympharum

Nympharum lumina] *quæ à Græcis fortè appellatur, quæ Latini ocellatos. Varro Marcipore: Altera exorat patrem libram ocellatorum: altera verum semodium margaritarum. Apud Nonium. Sic apud Suetonium Octavius ocellatis nucibusq; ludit, cap. xxxij. ita enim ibi leg. è m. ff. potius quàm ocellatis vel ocellis. Hanc mihi coniecturam ocellus Europa Scaliger suppeditavit, consilius à me in corona doctiss. hominum, dum Lutetia pomeridianis horis tanquam in Athenæ conuenire solerent. Propert. lib. iij. Et venit è rubro concha Erycina falò. Sic apud Plautum Rudentæ seruus ad Venerem de virginibus naufragus: Te ex concha natam esse autumant: caue tu harum conchas spernas. Hispani hodieq; concham Vna Venæ appellant: Umbilicus herba. Italis quoque Umbilico di Venere, Dioscoridi credo Kalv. v. d. v. Quis augendi] De Græcorum vanitate multa Cicero pro Flacco, & Iamnalis Sat. x.*

Quidquid Græcia mendax

Audet in historia.

Auctore Cere] *Scrib. Chærea. is erat Cassius Chærea cohortis Prætorie Tribunus, qui primas sibi partes trucidandi Cæij depoposcerat. Sueton. lvi. Ceterum has lectionum varietates, ut minuta, persequentem, ridebunt indocti magistrelli sed eos ego uicissim*

Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Prælatum Bruti facinus] *reddita populo Rom. libertate & abolito imperio. Ita de Bruto & Cassio L. Florus lib. iiii. Brutus & Cassius sic C. Cæsarem, quasi Tarquinium Regem depulisse regno videbantur. De Senatus in asserenda libertate consensu Suet. extremo Caligula.*

Fortè vnus ortus Epyri.] *Sic vet. cod. unde vnus cortis Epyri centurio, pro, cohortis, tentabam: frustra. leg. enim, forte vnus ortus Epyri, pro, Epyro, sic inf. Seuero, ortus Medix & orto Syriæ Alexandro. Quid si Fortunius nomen illi proprium fuerit? quem Sueton. gregarium militem non centurionem facit, & usurpat eo forte Claudio c. x. liberum iudicium facio lectoris. Si quis tamen hæc quoque si quis*

Captus amore leger.

Titum Claudium.] *leg. Tiberium. Est enim Tiberius Claudius*

Claudius Germanicus. Natus error, quòd prænomen variè una altera uel littera signaretur. Mirum tamen & in uulgatis quibusdam libris Victoris suppositicij Titum appellari male. M. s. mox patri Neronis, restitue patruj.

Vacuos à Fort. castosque esse.] *id est, conatus hominum se à Fortuna destituantur, planè uacuos & irritos esse, castosq; ergo, id est etiam castos & uacuos esse. Alludit autem ad Mimum Publij Syri, Fortuna vnde aliquid fregit, castum, cuius me Pet. Pirhoëus admonuit.*

4 Nobilitatis præcipue consilijsque metu col.] *lege ut edendū curauit, nob. præcipuè consilijs quæ metu colebatur.*

Dryfudarū.] *Emēda Druydarū uel Druidarū Suet. Claudio xxv. Druidarū religionē apud Gallos dixit immanitatis & tantū ciuibus sub Augusto interdictam, penitus aboleuit.*

Sceleribus collibentes.] *Nescias an & cohibentes in m. s. legas panè fugientibus litteris : pro quo connuentes Io. Oliuarius reponebat. fortè & colludentes ferri queat. & mox idem leg. censet, dum mirum uideatur apud Imperatorem uirum, uirō quam Imperatori nuptam esse, ut ægyptiā exaudiatur potius.*

Pellicum gratia] *Pellices duas nominat Tacit. lib. xi. Calpurniam & Cleopatram, quarum Claudius corpori maxime insueuerat, missas à Narciso ad subeundam delationem.*

Fratris filiam] *Germanici Agrippinam, matrem Neronis ex Domitio Ahenobarbo.*

Anno quinquagesimo] *Expressè m. s. noster. vulgo editi quingentesimo. In annis mirè variant historici, quos recensere non uacat. uide Melam Pompon Plinium, Solinum, & Tacitū, qui in i. Annali Paullo Fabio, L. Vitellio Coss. Phœnicē conspēctā ait, qui fuit annus, ut opinor, V. C. 1500xxvii. Mox ex Arabia impressi libri.*

Insula ingens.] *Xiphilinus paruam insulam prope Therā insulam apparuisse scribit ex Dione, qui & de solis lunæq; defectione eleganter disputat in Claudio. Ipse Dio lib. lx.*

Tætrum funus] *Tu uide ne Ceterum scripserit Victor. quòd enim tætrum pertinet. Mors eius celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur. Suet. xl. c.*

5 Nam id certè (L. Domitius Nero)] *Locum hūc glossæ hæc fœdauit, quòd ex ora, ut sit, in contextum irrepserit: οβελίζο igitur.*

igitur. Domitia autem gens nõ agnouit alia pronomina quam
Lucij & Cnai. Suet. Nerone.

Parem annis] *Quatuordecim.* Suet. Claudio & Nerone. Xibhilinus annos xiiij. menses octo: Paulo minus xiiij. annos, Tacitus xvij. *Annal.* vitrico. Claudio scil.

Augenda vrbe] *quam Ostia tenuis promouere destinarat. Excogitauit quoque adificiorum formam nouam, adificatis ante insulas & domos porricibus. Tranqu. xvi. c. De ponte Polemoniaco & Cotijs alpihus præter Plinium, Ammianum, & Suetonium, meminit & Vopiscus Aureliano. Ex Victore, hæc citat Paullus Diaconus lib. 11. Longobardorũ; quamquam ut alibi dixi, editi libri corruptè legant. Hos dictores, pro, Victoris reuincit auctoritas.* (cessario.

Palã Senatu.] *addit impressus conuocato senatu, non ne- Lecto ex omnibus] Doryphoro liberto, Suet. c. xxix. Pythagoram Tacitus lib. xv. Annali vocat, vnum ex illo contaminatorum grege exoletorum.*

Narrantur scelera Neronis] *Locus hic diu nos torfit, veritatem tandem diu multumq̃, quaesitam, ut ille clamabat, εὐρηκα, glossema nimirum esse, quod nota Culpa damna & obelisco foede. Aliquando sic tentaueram, ut compendio prodigiosis, id est, prodigiosissimo scil. liberto scriptum fuerit. vel sic: lectis ex omnibus prodigiosis, quot tanẽ in eo narrãtur scelera, leuius æstimandum: ut rã Neronis dumtaxat expungatur & quot scribatur, deinde periodus inchoet à lectis. Sed illud haut dubiẽ rectum est.*

Noxiorum vinctis modo, pelle.] *Transposita durè ut aliàs non rarò pro nox: modo vinctis, id est more. amicus quidam meus sic interpungebat: noxiorum vinctis, modo feræ, pelle tectus. non improbo; sed illud magis ad editi Breviarij sensum & Suetonij, qui ad stipitem deligatos non tamen fontes fuisse ait. Quid si modo lusus scripserit Victor, quod postea à librario omissum sit? Sic enim Tranquillus c. xxx. quasi genus lusus excogitaret quatenus feræ pelle contentus emitteretur è cauea. Sustineo. Mox exsector marium conijciebat eruditus iuuenis Pe. Pantinus. nihil tamen muto.*

Nequaquam verecundiẽ externã] *Sic leg. videtur pro externis, quod in m. s. est; vel ut doctis. Oliuarius diuinabat, inuaserint vitia nequam, verecundiã externã societate immanius*

manius datur. p. consuet.

[Nona & eo dulciora] Nam illicita praevalent. Tacit. li. 13. de Nerone. Et Læpidius Sæuro: homines illicita magis possunt, prohibitaque furore prosequuntur. Pueris perpetuè in ore natat, Nitimur in veritum.

[Per alteros] Pallantem libertum Claudij adulterum. Tacitus xij. Annal. initio.

[Alienorum cruciatibus] Et mulierum & virorum, Lollia, Calpurnia, Statilij, Tauri, Domitia, Lepida. Tacitus: in martiri exitium, leg. vel ad æpò xovs repetendum.

[Sacerdotem Vestæ] Vestali virgini Rubria vim intulit, Suet. xxvii. ibidem de matris concubitu: de interitu verò c. xxxiv. Et Tacitus xiv. Annali.

[Præcepti dari] dari. M. s. quomodo inf. alibi loquitur.

[Variâ tempestate] Roma coniuratione Pisoniana Silio Nerva & Attico Vestino Coss. A. V. C. 1300CXIIX. Tacitus Annali xv. & Vinicianâ, Beneventi Suet. xxxvi. c.

[Plures] Senatores, equites, milites femina quoque.

[Quis proditis] per Milichum Flauij Scauini libertum, Tac. xv.

[Urbem incendio] Anno præcedente C. Lecanio, M. Licinio Coss. ibid. Tacit. inf. pari modo, malim.

[Mandarum sui exitium] Suet. Nerone xlij. & Galba ix. & de Spadone S poro, Neron. xxxvii.

[Urbis] Scripum pro ijs, ut hîdem pro iisdem de loco Ad Gallinas albas Roma Suet. c. 1. Galba P. Victor & S ex. Rufus in libello de region. urbis Roma iuxta Decem tabernas collocant; ille in sexta Regione; hic in Regione Alta semita.

6 At Galba] T. Galba in m. s. relicto fortè, ut solet, littera spatio. Dicitur autem Servius Sulpicius Galba. imperitè quidam Sergius, quod gentile nomen.

[Crudelitate] interfectis Ciconio Varrone Coss. designato & Petronio Turpiliano consulari. Tacit. lib. 1. histor. Aug. trucidatis multis milibus inermium militum. vide Suet. c. xij. de classarijs. Luxuriæ autem suspecta vox, cum auaritia potius de eo fama percrebuerit. Ibidem Tranqu sed mox Victor pecunia cupidum vocat. quare nihil mutandum censeo.

[Pisonem] Frugi Licinianum Suet. xvij. c. Erat ergo in Calpurziam gentem adoptatus ex Licinia, ideo rectè M. Licinio Crasso & Scribonia genitum intelligimus transisse in domum

mun L. C. alburnij Pisonis : inde porro in Sulpiciorum gentem adoptatum à Galba Imp.

Ad lacum Curtium] *Tacit. lib. i. histor. Aug. lorica tectus lintea (inquit Suet. xix. c.) non profutura aduersus ictus. Tacitus pectus munitum, tectumq; scribit.*

Saluius Otho.] *Malè qui Siluium vocant reclamantibus nummis antiquis: Græcis Οἰων, ut & in m. s. erat, fortè quod N. littera repeteretur.*

Neroni quoque] *Et Nero salutat us est, non recusans: Et Neronis cognomen epistolis suis ad Prasides quosdam prouinciarum adiecit. Suet. Oth. II. III. & VII. c. & Cornel. Tacit. I. hist. Augusta.*

Haud multo] *Suet. xi. c. Imperij xcv. die, ætatis tricelimo octauo: duobus annis adolescente maior, si modò quot pueritia, totidè adolescentia anni octodecim, nec plures tribuantur.*

Veronensi prælio] *Apud Betriacum Suet. Oth. c. ix. Vitellio x. non procul à confluentibus Padi & Adduce fluminù. Tacit. lib. II. hist. Aug.*

Mœsiæ Pannonicique exer.] *Octauo imperij Vitellij mense descuerunt. Tranq. xv. Vitellio Legati Mucianus in Syria: Aponius in Mœsia: Fabianus in Pannonia. Tac. v. hist. extr. Ceterum hortantium an hortatum leg. ? Idem Cornel. II. lib. histor. Mutiani suasionem vocat.*

Othonè prædè prætorijs.] *Totidè verbis litterisq; m. s. ex quo si prædictū formes, inutilis & rustica repetitio erit: prælidè potius vel præfectū repræsētare videtur. Ego, donec melius quid proferatur, vel aliud exēplar nactus ero, tãquã glossema dāno, & ἰλλυριῶν Imperatorē à prætorijs exaudiā.*

Germicianis Vitellium] *vet. lib. dubites igitur Germanicis ne, an Germanianis (qui exercitus in Albino Capitolini visuntur) legas: sed Germanicianis, ut Illyricianis Suetonio, haut dubiè germana lectio est: qua legiones à Germanico Caligula patre, & quia ex Germanis constabant, nuncupate, itaque vocat sæpius Tranquillus c. VII. Oth. hac eadem de re. Vide & Galba c. xx. Tiberio xxv. & Vespasiano c. VI. ubi & de Mœsiaco exercitu.*

Apud Cremonam] *Tacit. lib. III. hist. Aug. Legati autem Arrius Varus, Primus Antonius & Mucianus.*

Milices Hs.] *Eadem summa apud Suet. Vitell. c. xv.*

Ceterosque.

Ceterosque adu. partis cum Capitolio] *Flauium Sabinum inermē neq. fugam ceptantem, cū à sordidissima plebis parte ad supplicium peteretur, Vitellius eripere non potuit. Neque confossum laceratumq; & abscisso capite truncum in Gemonias tractum Tacitus narrat lib. xix. Sed Tranquillum sequitur Victor, qui oppressum succenso templo Iouis Opt. Max. Sabinum exponit. Vitellio c. xv.*

E rugurio quo se abdiderat] *Suet. Cellulam Ianitoris vocat, Vitellio. Pudendam latebram Tacitus 111. hist. Augusta.*

Quantum quique valuerat] *minutissimis ictibus excarnificatus. Suet.*

Septuaginta & quinque amplius] *Inuersus numerus Suetonij & Taciti, quinquaginta & septem, quem annū explebat, Tacito 111. hist. extr. Dio quinquaginta quatuor annos vixisse ait. Similem locum Pertinace vulgata edit. emendare memini, ubi pro septem atque sexaginta, sex atque septuaginta leg.*

Modica flagitia] *excusi immodica, non rectè.*

9 Breui refecit] *Ita emendari. nam in m. s. prebire fecit, legebatur. Solent enim u & b saepe commutari. quid si, probe refecit?*

Diuinis deditus] *Tacit. lib. 11. hist. Aug. Ceteri responsa vatum & siderum morus referre: Nec erat intactus tali superstitione, vt qui mox rerum dominus Seleucum quendam Mathematicum rectorem & præcium palam habuerit. Vide Suet. Vespas. c. ult. unde hic videbat, potius leg. discas licet.*

Vt quidam prauè putant] *Notare videtur Tranquillū cap. xvi. Eadem forma dicendi de Tiberio Tacitus Annali iij. satis firmus aduersus pecuniam. quod idem alibi alijs verbis explicat.*

Labe urbium.] *pro clade eleganter. Sic ins. in Seuero labem publicā vocat. Et in Gallieno, quos labe Murfina reliquos fecerat. Et apud Diomedem Ennius:*

Certare abnuēo, meruo legionibus labem. Quod ex oratione Fabij Cunctatoris sumtum esse videtur. Et Plautinus parasitus Capteiuēis:

Quanta pernis pestis veniet, quanta labe larido:

Quanta sumini absumedo, quanta callo calamitas.

N

Puer

Puer mox interpretatur: Clades calamitasque & intēperies modo in nostram aduenit domum. Aliquando etiam hiatum terra significat, ut Ciceroni interrogatione in Vatinium.

Claudij monumenta] Templū diui Claudij in Caelio mōse cœptū ab Agrippina sed à Nerone prope funditus destructū: Itē amphitheatrū vrbe media ut destinarat Augustus. Suet. c. ix. Vologeses autē eidem & Tacito dicitur nō Vologesus.

Insolēs] numquam antea nisi ab Equite Rom. administratam; Suet. Tito c. vi. 10

Dū cōcessa per priores] Ex instituto Tiberij, Suet. Tito c. 8.

Deduct^o in spect.] deductos, vulg. editio. Aliter Suet. c. 9.

Profecto opere] Quid si perfecto? Suet. dedicato.

Biennio post] videtur leg. bienniū, pro, post bienniū. Menses dūtaxat duos diesq; viginti numerat Suet. xi. c.

Quadragesimo] altero addit Sueton.

Orbarum orbem] Plenius excusū; quasi perpetuo custode orbarum terrarum orbem deflerent.

Germanici superiorem] supple nomine, pro Germanicū. nec insolens illi temporū casuumque mutatio coniunctione conuexorum. Dicis causa, inf. Dioclet. Huic cultū numinis Herculij cognomentū accessit, ut Valerio Iouij. pro Iouij. Post duos autē triūphos Germanici cognomine assumpto, Septēbrē mensem & Octobrem ex appellationibus suis Germanicū Domitianumque transnominauit. Suet. Domit. xij. ca.

Exordum exercitum] exercitium credo scripsit, ut vulgati preferunt: quos hac in parte mutilos esse docuimus. Suet. velut exercitationis genus; c. xxij.

Vxore nō ignara] Domitia Longina vel Domitilla. Trāqu. c. i. & III. de Paride histrione.

Auctores necis] Parthenium, Stephanum, Clodianum, Maximum & Satorium, dem xxvij. c.

Per se] Sed deerant duces, Suet. xxij.

Ob omissionē prædarum] an amissionē? sed illo frequentius vititur. & ita disertim scriptū. Inf. libenter legerē, Hinc aduenz quoque, nescio an, ut in Prisco Tarqu. lōgē meliores: ac mihi quidem. si m. s. auctoritas suffragaretur.

Nerua Cretensi] Fortē scriptū erat ut in vulg. Narniensis: nam illud maximeque pro magisq; indocti scriba & somno- lenri 12

lenti harpyiis unguibus scdatum quis non videt?

Quo tyranni defecit metu] Alij, quod tyrannidis fecit metu. Alij quo tyrannidis fugit metu tentabant. frustra.

Quod appell. Peruiū] Ita scriptū integrè absque litura. Nic. Faber vir doctiss. repugnante libro Neruium reponebat. Nihil tamen demuto. Nam hoc forum quantumuis à Nerua dedicatum Neruiū appellari potuerit: dictum est Transitorium; quod inde in tria fora transitus pateret. Peruium ergo ab usu, Neruiū, ab auctore. Lampridius Alex. Seuero: In foro Diui Neruæ quod Transitorium dicitur. In quarta urbis regione collocat P. Victor & Sextus Rufus in Regione templi Pacis cum templo Diui Neruæ. *ἡ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἑστὶν ἡ τῶν Ἰταλῶν* Græci appellant, Latine Methodeum & Odeū; quod à Domitiano primum exstructum auctores Eutropius lib. vij. extremo, & Sueton. Domitiano c. v. Postea Nerua dictum, vel Neruium à dedicatore, & Transitorium seu Peruiū. Certat igitur de probitate utraque lectio.

13 Accepit, dedit] Vet. lib. Alterutrum forte superat.

Dacorum pileas Sacisque nationibus] *πῖλα ὀρέου* vocat Xiphilinus è Dione; Pilatos vertit Merula: qui pileos gestabant Blancus, ubi pila quidam impresserunt, qui & iter conditum ait per Ponticas paludes. Pro Sacisque Iazygisque leg. ex Dione videtur. Mox de Decebalo rege ac Dardanijs, Dardanis, Sauromatis, Sarmatis leg. ne sit, aliorum esto iudicium. nam Sardonios quod in m. s. repperi, ut rectum sit vereor.

Cui bello atque imperanti] hac m. s. lectio, qua si placet, aliquid desit necesse est.

Simul noscendi socius] Emendabat noscendis ocuis vere, littera una migrante, Cl. Putcanus Consiliarius Regius, cui dici non potest quantum debeam ob singularem humanitatem in communicandis m. ss. quibus referta bibliotheca est: nec ego solum, sed omnes quotquot studio & industria nostra aliquando iuuabuntur.

Erepta] disuinabam è re p. quod scriptum repperisset librarius è re p^{ca}. Vehicularium autem cursum appellant alij, de quo Amm. Marcellinus lib. xxi.

In pestem orbis Romani] arguunt leges & Constitutiones Imp. sequentium Codici libro xij. inserta. Mox profecta scriptum erat, non Præfecto.

N

Præfecto

Præfecto medente Anato'io] *Ammianus Marcell. lucidissime hanc rem lib. xix. extremo exponit: Quodque Anato-lio regente tunc per Illyricum præfecturam, necessaria cūcta velante tempus coacta sine vllius dispendio affluebant. nec enim dispositionibus vñquam alterius præfecturæ (vt inter omnes constat) ad præsens Arctoe præuincie bonis omnibus floruerunt, correctione titubantium beneuola & sollerti, vehiculariæ rei iacturis ingēribus, quæ claufere domus innumeras & censuali professione, cet. Meminit & lib. xxi. his annis autem scil. ante Constantij decimum, Iuliani tertium Consulatum: cuius apud eundem Marcellinum mentio exstat lib. xx. initio.*

Quippe qui Suræ familiari] *Ea fortè sunt Therma quas Albertinus Syriacas dictas, nescio quo auctore, scribit: certè in Auentino fuerunt Palatinum versus, vt commemorat Victor, Volaterranus, & Martialis lib. vi.*

Quique videt propius magni certamina Circi,
Laudat Auentinæ vicinus Sura Dianæ.

In Spartiani Adriano corruptè olim legebatur Suburano pro Sura, teste Bapt. Egnatio: huic autem ἐπιπέριον ἐὶθάτα τὰ πολλὰ γράφειν. *Iulianus λόγῳ περὶ καίσαρῶν.*

Præfectum Prætorio, Suburanum] *Nescio quid de Saburra saburrati ipsi cogitarunt, qui hanc lectionem commenti sunt. Ex Dione & Xiphilino idem hic est Licinius Sura: quare hic Suburanum vel Suram nomine à glossa esse crediderim. Sidon. Apoll. Carm. v.*

Vix habuit mores similes, cui teste Senatu

In se etiam tractum commiserat Vlpium enfem.

Apud Antiochiam c. q. S. ext. aff.] *Locus impeditus: mutilus enim. Terra motum autem Dio in Traiano & Xiphil. describunt.*

Athenęum] *Ita emendauit, nam obscure in m ferat. me- 14*
minit eius Lampridius. Ad Athenęum audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum, vel Poëtarum causa frequenter processit, de Alex. Seuero. Perinax quo die processionem ad Athenęum parauerat, vt audiret poëtam, ob sacrificij præfagium distulit, Iulio Capitolino auctore. Idem Gordianis initio, Vbi adoleuit, in Athenęo controuersis declamauit, audientibus etiam Imperatoribus suis. Ex quibus colligitur

colligitur publicum auditorium fuisse, in quo poemata orationesq; recitarentur.

Initia Ceteris Liberæque que Eleusina dicitur] *an Eleusina dicuntur? Illud ad cognomentum deæ, plaustraq; Eleusina matris; hoc ad initiorum nomen.*

Lucio Ael'io Cæsari] *Sic excusi. Ael'ius, & nummiantiqui. m. s. nosler nunc Elius, nunc Helius aspiratione Græcæ.*

Voluntarium ad vicem] *ἐκούσιε ψυχῆ; ἐδ' εἶτο Xiphilinus, quem lege hic & Adrianum ipsum diuinationibus & Magicis artibus cuiusvis generis curiosè vsum scribit.*

Suspectam estimante] *Egregiè Plautus Persa:*

Scio fidei herili vt soleat impudicitia opprobri:

Nec subigi queant vquam, vt pro ea fide habeant iudicem.

Ab'que mense vicefimo secundo] *Xiphilinus imperasse ait annos xx menses xi. vnde quis legendum conijciat vno & vicefimo. Sed Spartianus à nobis stat.*

Tantum admittit sui ordinis] *Ita vet. lib. leg. tamen amissos. Interfectos enim falso putabant. Quos quia Antoninus seruasset, Pij cognomentum sortitus est. Dio, Spartianus, Capitolinus. Mox in eodem m. s. pro Aurelio, Attelio malè quoque scriptum erat.*

15 Fortunatas vrbes] *Alludit ad diuini Platonis sententiam li v. de Rep. Ἐάνηι φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ διώσασαι φιλοσοφήσωσιν ἡσυχίας τε καὶ ἰκανῶς, καὶ τὸ εἰς ταῦτ' ὄν ἐμπειρῶν διώσασαι τε πολιτικῆ καὶ φιλοσοφίας; τῶν δ' ἐν νῦν πορευομένων χάρις ἐφ' ἑκάτερον αἰ πολλὰ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, ἕκ' ἐστὶ κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν. δοκῶ δ' ἐ, ἐδ' ἐ τῶ ἀνθρωπίνω γένει. Qua à Cicerone translata in eleganti illa epist. ad Q. Fratrem de provincia administranda: Ille quidem, inquit, princeps ingenij & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Resp. putauit, si aut docti aut sapientes homines eas regere cœpissent; aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocaissent. Quam etiam Antonino Philosopho semper in ore fuisse, nec in ore tantùm, sed & moribus expressisse, auctor est Capitolinus.*

16 M. Boionium] *Sunt qui dubitent hic ne Boionius sit: ac Pium quidem Boionium, philosophum Ceionium appellandum*

landum putant. Ego verò L. Ceionium Commodum L. Veri patrem, qui ab Adriano adoptatus prior mortuus est, vocatum didici ex Capitolino.

Vti Campania sedens] *Indereposui*, vt in Campania sedēs, Quid si in Campaniā secedens? Faustina satus constat apud Caeteram conditione sibi & nauicas & gladiatorias elegisse: Iul. Capitolinus. Dicta autē Aunia Valeria Faustina, quā in edito Eutropio Galeria, qui & apud Lotium (num. singulari) mortuum socerum scribit.

Lita veneno] *Totidem pane verbis Capitolinus Antonino & Vero. Non dissimile in Plutarchi Artoxerxe, cuius mater Parysatidis nomine, S tatyra uxori eius in festa, illam hoc modo sustulit. dissecta in conuiuio auis, Rynacen Persa vocant, eam partem quae cultri alterum latus toxico oblitum attigerat, edendum praeiuit.*

Tantumque in arte sapientiae] *lego*, tantumque Marco sapientiae.

Philosoph. obtestantium] *Refert Vulcatius Gallicanus in Auidio Casio.*

Vadimoniorūque solemnī remoti] *an solemnī more denūtiāde litis? an Solēni more remoto, denūt. litis? Sustinco.*

Promiscuē ciuitas] *Sic emendo nā m. f. promissi vel promissa, utrumq. abiudico. Illud rectum esse confirmat lex xxij. D. de statu homin. In orbe Romano qui suūt, ex constitutione D. Antonini ciues Romani effecti sunt. Ita enim leg. docuit, non, vt in vulgatis, in vrbe Roma, And. Alciatus li. II. Disspūct. & hinc Roma communis omnium patria, l. Roma. 33. D. ad l. municipalem. Catena Patrum Graeca in D. Luca de gestis Apostolorum caput xxij. ubi se ciuem Romanū Centurioni diuus Paullus praedicat, magna temporis historia, q̄, ignoracione: Tempore, inquit, Adriani contigit vt omnes Romani efficerentur. Nam quamquam & Antoninus, Adrianus cognominatus, longo tamen post tempore quam Paullus fuit, regnare coepit.*

Nicomede à Cereali] *Repone Nicomedia Cereali. Consul fuit Cerealis Neratius cum Fabio Tatiano, A. V. C. ∞ CXII. post Constantij Augusti consulatum ix. qui annus huius historiae finem biennii antecedit, vt in Prolegomenis do. cni. De Nicomedia & terramq̄u copiosè Ammianus lib. xvij. Rege*

Rege Marcomanno] Marcomaro *disertim vet. codex, & Carnuto; Eutropius* Caracantum lib. 119. & *Spartianus Se- uero* vocant. Nationes autē *Quadi, Vādali, Sarmatæ, Sueui.*

Qui seiuncti in alijs patres ac vulgus] *Retineri lectio hæc potest, tum quia à m s. est, tum quia Capitolino gemina dicit. prius inquit quàm funus conderetur, quod nunquam antea factum fuerat, nec postea, Senatus Populusque non diuitis locis, sed in vna sede propitium Deum dixit. Nic. Faber* quæ seiunctum alijs Pat. ac vulgus, non improbo, sequitur enim soli.

- 17 Ferrum obiectum veronibus] *Leg. Oliuario videbatur, cum ipse ferro obiectus mucronibus plumbeis vteretur. vel, obiectus vero mucronibus plumbeis cet. Quid si peronibus, vel, ut alibi scriptum, veronibus? Nic. Faber sic diuinabat, cum ipsi ferro obiecto veronibus pl. vteretur. Mox, scæua scrib. m. s. æua. hinc error sup. librarijs obiectus, ut Sæua à principio scripserint, tanquam proprium nomen Sæua fuerit, qui Commodus est.*

Quis reus cum instabilē sanguis] *Puto leg. quibus rebus cū insatiabilē sanguinis. & paullo antea, pugnandique arte peruigens vel perurgens. & mox, coniurauere ire in eum.*

Proximus quippe] *Fortè proximus quisque dominationi, vel proximi quippe dominationi. paullo post pronamque pro prauamque. Quid si, Dum incertam mentem pronamque putant? Deinde cuius frustratu lege: vel adde cuius vis frustrata: & tandē pro tamen. Rursum cibi per ministrū, vngendi, reponē ibi vel vbi. Alient Græci ἀλιέντων vocant. Narcissum autē Comodi strangulatorē vocat Spartianus, quē adeo leonibus postea obiccerit: Herodianus lib. 1. extremo. (rū.*

Pacchiorū modo] *an Tutciarū? Amiciss Oliuari⁹ brachio- Primo luci] pro prima luce genere mascul. ut docent Fl. Carisius Sospater & Non Marcellus. Plautus in Cistell. cum primo luci nisi ambo occidero. Terent. Adelph. Ceterum rus cras cum filio cū primo luci ibo hinc, id est simul atque diluxerit. Et Cicer. 111. Offic. Luce claro in foro sal- tet: sic enim legit Nonius. Idem Aulul. Luce claro diripiamus aurum matronis palam. Pōst paullo Publius Aelius vel Heluius alijs dicitur, hic Aulus Heluius.*

- 19 At Diuus Ansaluius] *Puto an Saluius? scripsisse ha- sitantem*

sitantem & quarentē Prænomini veritatem & narrationis qua miserè excidit. Proavus illi fuit Saluius Iulianus bis consul præfectus Vrbi & Iurisconsultus. Oros. Imp. Iurisconsultū facit, malè, lib. VII. c. xvi. Inf. Prome obtruncare. fortè pronè; vel Romæ, quod propius à vero abest: nam ad balneas Palatinas Romæ interfectus.

Syræ legatus] *Constat ex Herodiano historico Græco & Spartiano non Syræ Proconsulem, sed Pannoniæ præfuisse Severum: Nam apud Carnuntum Pannoniæ opidum Augustus à legionibus dictus est. Spart.*

Dolere, odio, ira, commotior] *M. s. commodior, malè. 20 videatur oratio Pertinacis lib. II. apud Herodianum, & quomodo exautorati milites Prætoriani ultra centesimum ab urbe lapidem exfulare coacti sint.*

Helium inter Diuos refert] *Pertinacis cognomen etiam initio statim assumpsisse Herod. auctor est, ut necis Pertinacis ultorem: adhuc non modò Illyricis, sed Romano etiam populo gratissimum. lib. II. Mox execrationi auctoribus, legi etiam potest. Et inf. quæ fato quodam, bonorum partu fecunda, quos eduxerit, tamen quemque. scriptam tamen lect. non damno. Rursum, quem quamquam exacta ætate, malim si per libros liceret. Et pro struentes, fortè statuentes scripsit Victor. vide Spartianum. Idem de Augusto elogium in impresso Breuiario.*

Alter Pertinacis auctor occid.] *quod litteras Commodi in Albinus odium idem Pertinax publicasset. Quare Albinus occidendi Pertinacis Iuliano auctor fuit. Iul. Capitol. Albino. Est inf. Clodius quidam Balbinus, ut in Gordiano extr. notauimus.*

Ipsium magis adsciuisse] *nomen scil. Pertinacis. Quid si parsimoniam senilem pro limilem. Auaritia enim senum propria. Et illud verbum in parcum & auarum aptè cadit. Plautus Capiteiueis:*

Quid tu ais, tenaxne pater eius? PH. immo ædè polpertinax.

Et extrema Casina: quo argumento? OL. nimis tenax es. qui versus in lib. quib. abest: At auctori nostro altera notio placuit. Cognomentum Pertinacis non tam sua voluntate quàm ex morū parsimonia videtur habuisse. Aelius Spart. qui

qui hic adeo aut mutilatus aut corruptus, ut absque lib. vet. & m. ss. restitui posse desperem: quos ubi nactus ero, auctores illos licet minorum gentium aggrediar. Inf. mens ad credendum lege, non metus; licet in m. s. comparet.

Vti bellis civilibus] ut de Q. Ligario M. Tullius.

Studiose ceptas] Ita vet. lib. Restitue studio susceptas fortunæ increpent, id est, imputent.

Animos intelligebat] Omissum forsitan à librario procliuēs, pronos, inclinari, vel aliud simile. Quid si intendebat pro intelligebat? sed coniectura dumtaxat. Mox eadem licitorum erat in eodem, ex qua lectione nihil fuit elicere.

Rege Agarro] Non me fugit Abagarum ab Aelio Spartiano appellari: verum quia de lectionis illius integritate etiā Bap. Egnatius dubitat, exempli veteris scripturam b. f. representauit.

Britanniam quæ ad ea utilis] Oliuarius vestigiis m. s. inspectis quoad utilis erat, reponerat. Nos, quæ adeo utilis, tentaueramus.

Pertransuersa inter insulam] Emendaui primum ab ingenio quomodo excudendū curauit; mox à Spartiano totidē verbis eadem scribente meam coniecturam confirmari libenter legi. Non illud silentio prætereundum, integram hanc pag. quod mirere, in Spartiano legi, quem cum his comparans lector, oleū operamque bene collocatam existimet. Videbit sanè quantum sibi scriptores antiqui in alienis mutuandis indulserint.

Proculque factu] lego procul, quæ factu. Rectè mea quidem sententia, & ad Spartiani sensum accommodatè. Quod sequitur, M. S. facilius ea patrabantur quo implacabilis delictis. fortè eo, & quo implacabilior delictis. Idem mox perfectionem scripserat, unde per factionem, vel quod huc magis pertinet, præfectorum effici potest. lector viderit. Inf. liberalium, artium, exaudiendum.

Vxoris probra] Iulie. Domi tamen minus cautus, qui famosam adulterij Iuliam vxorem tenuit, etiam coniurationis consciam. Spart. In m. s. retentaui scriptum compendio, pro retentaueit.

Cui ipsa vitia concessere] qui vitia superasset. Doctiss. Oliuarius pedum vitium intelligit, quo laborabat Senerus, ut Lamprid. vitium concionis dixit de surda stro.

Anxiè ferrent] *Ita leg. ex Spartiano, qui ad verbum gemina scribit. Mox eorum modo in m. s. est, quod nescio an ceteris, mihi certè non satisfacit. reorum modo tentabam.*

Cum tantorum veniam exercitus] *vetus scriptura; sed ad numerum ne, an ad delicti & personarum qualitatem referendum? Doctiss. Olinarius tactorù rectum putabat. moxq; ortus enim ex humili, ex Lampridij. Se uero: quid si ut Nic. Faber ortus familia humili, seu potius ortus in æde humili? m. s. enim Mediæ humili: qualis sitne in agro Leptitano vicus aliquis Mediæ dictus, ignorare me fateri non pudet; nec cur pudere debeat video. Inf. sanè sic locutus de Alexandro Syriæ orto. vbi fort. vrbe exaudiendum.*

Illatum Marci sepulcro] quem ex omnibus Imperatoribus tantum coluit, vt & Commodù in diuos referret. *Spart. unde hiatum implendum censeo, vt hunc, vel, què adeo percoluerat, legas Iterum Spartianus: Iratus Senatui Seuerus Commodum inter Diuos referendum esse censuit, quasi hoc genere se de Senatu posset vlisci, primusq; inter milites Diuum Commodum pronunciauit. Post: Commodù in Senatu & concione laudauit: Deum appellauit: infami- bus displicuisse dicit.*

Adeo percoluerat] *Asterisco notare satis habui dum ian- tura sartiatur, & lacuna Victoris impleantur ex alio exem- plari, quale in Vbijs Colonia Agrippina apud Io. Metellù Se- quanum esse audio ex bibliotheca Corn. Gualtheri v. c.*

Resartæ (sic enim M. ss. ferè & meliores libri. vulgati ar- tæ) sunt angustæ & modica.

Ant. vocab. addiderat] *Potest & indiderat legi.*

Marci auspicia honorum] *Dicunt aliqui non in Marci honorem tantum Antonini nomini delatum, cum id Marcus adoptiuus habuerit. sed in eius qui Pius cognominatus Adria- ni scil. successoris: & quidem ob hoc quod Seuerum ille ad fisci aduocationem delegerat ex formula forensi, cū ad tantos pro- cessus ei patuisset dati ab Antonino primi gradus, vel honoris auspiciam. Spart. Geta.*

Patrocinio filci dein] *Labes rursum hic & hiatus, aut mi- rè salebrosus locus, vt depositus & deploratus esse videatur. Quare veteri more ante ianuam colloco, si fortè à prateruen- te curari queat: dubites enim rectiusue deliberatibus, & mox carum*

earum quæ adiutores, legas. Quid si referamus ad ea quæ Codice scribuntur de proximis sac. scrinior. l. hac leg. Item de palatinis sacrarum largitionum, l. Scrinijs. sed hac refero ad arcais nostra Papinianum Iacobum Cuiacium doctorem meum.

Papiniani exitio] Refellit Spartianus & fabellam vocat; quod Præfetti non esset orationem dictare: sed quasi fautorem Getæ cum pluribus occisum. In Caracalla, Seucro, & Getæ. vide & Zosimum lib. 1. hist. Noua. ubi & de Vlpiani I. C. exitio. Illius exstare Roma in urna argentea dicitur hæc Inscriptio:

AEMILIO. PAVLO. PAPINIANO. PRAEFECTO. PRAETORIO. IURISCONSULTO. QUI. VIXIT. ANNOS. XXXVI. DIES. X, MENS. III. PAPINIANVS. HOSTILIVS. EVGENIA. GRACILIL. TVRBATO. ORDINE. IN. SENIO. HEV. PARENTES. FECERVNT. FILIO. OPTIMO.

Destinando Romam] Credidi aliquando scripsisse Vistorem, dictando orationem quam celerr. componeret; cuius coniectura nondum me pœnitet. orationem alij exaudiunt, alij destinanda legunt.

21

Vibem Rom. adijciens] pro augens: forsitan adiens.

Vesti Antonianas] Puto leg. Vestes Antoninianas: ut Thermas Antoninianas appellat Eutropius. De communis notione ad vulgatam editionem in Pertinace dicere memini.

Intecto corpore] m. f. intellecto, malè.

Quæ pudorem velamento] Sup paullo, vti redundare videtur: vti inf. d. esse si libet. Apud Herodotum, Clip, de uxore Candaulis Gyges: ἀμα ἐὶ δ' ὠσεὶ ἐκ δ' ὀπιεῖσ' οὐρεῖσ' ὑπὲρ καὶ τῆν ἀσὶ δ' ὠ γυῖν:

Mulier cum tunica pudorem ponit.

Aegyptia sacra] Ea sunt Isidis, qua aut primus Romam deportauit, aut celebritati eorum maiorem venerationem addidit. S part.

Ad lauandum] Tanta mole & artificio structa hæ Therma fuerunt, ut etiam docti architecti tales fieri posse negarent. Idem S part. Caracalla.

Accessu viæ nouæ] non illius qua à Velabro inter
Capito-

Capitolium & Palatinum montem ducebat in forum, de qua
Ouid. v. Fastor. Qua via Romano nunc noua iuncta foro.
 Sed qua prope Seueri Septizonium declinans ab Appia A-
 uentinū versus, & rursus in eam sub Thermis Antoninianis
 incidens inter plateas Romanas omnium fuit pulcherrima.
Spartianus.

Circumgrederetur] vel circumgraderetur. corruptè m.
 f. circumcrederetur.

Præter sæuos & inciuiles animos] *Capitol. aliquot exem. 22*
pla crudelitatis Macrini commemorat, ut qui & Mezentius
populari dicto, & domestica appellatione Macellinus dictus
fit, ut cuius domus specie macelli sanguine seruulorum cruen-
taretur.

Palatia constituit] *Prior vox ineptè repetita superat, quam 23*
obrem vncis inclusi, dum melius aliquid eruatur.

Vilendis tractandisue artibus libidinum ferendarum]
Erit fortasse qui libidinum ferarum reponet. Oliuar. noſter
ita leg. videri consultus respondit: fingendis tractandisque
artibus libidinum non ferendarum. Et sic Lampridius de
eodem Elagabalo: Coëgit scriptores nonnullos nefanda, im-
mo potius non ferenda eius dicta de libidine disputare.
Alibi, egregiè vasatos perquisiuisse. Pe. verò Pithoëus, vilen-
dis tractandisue partibus (vel artibus) libidinum fœdarū.
Sic sup. Nerone, ut & in Epitoma excusa, Genitalia vultu
contrectabat. Eruditus lector arbitrabitur.

Comperta Pompilij nece] *legendum procul dubio Opilij,*
Macrini scil. Sic enim Lamprid. totidem verbis quem Cæsa-
rem Senatus Macrino interemto appellauerat. Victor No-
bilitatem pro Senatu dixit. quo de alibi. De azylo Sacerdotij
Syria Solis, vel, ut alij, Iouis, idem Lāpridius gemina refert;
quem vide, & Herodianum lib. v.

Archæ nomen] *Sic m. f. disertim. Fl. Iosepho lib. v. Antiqu. 24*
Judaic. ἀρχὴ ἐστὶν, & ἀρχίπυς, Iudææ vrbs in tribu Aser. Arce-
na verò Lampridio initio Seueri Alex.

Aduersum Xerxem] *de expeditione in Persas, qua victus*
Xerxes, Eutropius lib. viij. Et Orosius vij. c. xiiij. Herodianus
verò Artoxerxem nominat & Lampridius, & tam re quàm
nomine potentissimum Regem fusum fugatumq; scribit.

Cui vocabulum Sicila] *Ita repono. nam m. f. hac parte*
mendosus

mendosus, in vocabulum Sicilia. Agentem cum paucis in Britannia, ut alij volunt, in Gallia in vico cui Sicila nomen. *Lampridius totidem verbis.*

Celebrio fabricatus est) *Assentior doctissimo Olinario, quem honoris causa sapius vsurpo, qui Serapiu fabr. legebat vel Ilium & Serapium. Sup. quoque, nam dum tantæ severitatis vim. Opera Alexandri sunt therma & Circus Ita Lampridius: Ilium & Serapium decenter ornauit additis signis & deliacis & omnibus mysticis. In matrem Mamæã vnicè pius. cet.*

Paulloque] *I. C. tum laudat, cuius ut & Vlpiani mentio frequens apud Lampridium Alexandro & Elagabalo.*

Atque æqui studio esset] *fortè studiosos, nisi intelligas, quantus æqui studio esset, pro, quanto studio amplecteretur æquum & bonum.*

Ac Barbari] *M. s. ac Barbariæ; ut illud Flacci epist. 11. Græcia Barbariæ lento collisa duello. Mox: spartia confusaque, pro passim, vidi qui audacter reponerent, & pòst paullo incientia bonarum artium; & sic explicant, quique fas putat, pro unusquisque fas & licitum putat. vti perturbam, rapere aliena officia. cet. Autographum tamen scientia præfert,*

25] *Præsidens Trebellicæ) Sic vet. codex. Triballicæ aliq. fortè Triballis Iauriæ, è qua ipse oriundus. Nic. Faber rei bellicæ leg. videri suggererat, & verò Capitol. omni exercitui præfectum scribit. Herodian. verò lib. vi. legionibus tironum Alexandri.*

Primus è militaribus] *Maximinius primū è corpore militari & nondum Senatu siue decreto Senatus Augustus ab exercitu appellatus est. Iul. Capitol. Inf. glossema in insulam deportetur: ex ora in seriem, ut sit, irrepisit.*

26] *Apud Thydri opidum] Tildrum opidum & Tyldrum vocat Capitolinus Maximinis; qui hæc paullo aliter: inuitum purpuram accipere coactum Gordianum, à militibus armis telisq; obsessum. Suprà M. s. lummis positus male, pro potitis. vel Qui leg.*

Tanquam care creatus] *Repone ea re, id est ideo, iccirco. Mox qua imita, quidam imita restituunt propter perfidiam Punicam. Mihi linita pro lenita antiquè scriptum videtur.*

Liberi quoque exitum] *pro filij numero singulari, ut &*

typis

typis editum Breuiarium in Nerua num. 25. Ulpianus l. nemis Prado. 126. De reg. Iuris: locupletior non est factus, qui liberum acquisiuit. & Modestinus l. ius autem. 35. D. de Pactis. & Iustin Institut lib 11. tit. vij. de seruli cognat. Contra l. non est. 148. D. de verb. signific. Coniectu autem dixit pro coniectura, ἀρχαῖα.

Potestatum vices] *Quasi Caesarum legatos, vicarios, & locum tenentes sic inf. in Aemiliano, Summam potestatum dixit, pro imperio.*

Clodium Cupientum, Cæcilium Balbinum Cæss.] *Sic m. s. noster: & post, Clodio Cæcilioque, à cuius fide temere abire religio sit. Ille Maximus Pupienus, non, ut hic, Cupienus Capitolino vocatur. In m. s. s. tamen vulgata edit. omn. Pupianus, per primam vocalem scriptum constanter repperi: hic verò Clodius Balbinus eidem est. Nec clam me est Græcos Maximum ferè appellare, Latinos Pupienum; sed diuersa nomina à diuersis attributa in vnum quadrant. Vnus igitur idemque est Maximus & Pupienus. Nummi antiqui vtriusque, quales aliquot apud me seruo, sic exprimunt: I M P. CAES. D. CAEL. BALBINVS AVG. Altera ex parte dua dextera iuncta, FIDES. MVTVA AVGG. In alijs, IMP. M. CLOD. PVPIENVS. MAXIMVS. AVG. Altera ex parte, CONCORDIA. AVGG. S. C. Quomodo & Pöpo. Latius non malus auctor, appellat. Vnde necessariò efficitur in utroque nomine peccatum, leg. q̄ in Victore, Clodium Pupienum, Cælium Balbinum Cæss. constituit, non Cupientum, neque Cæciliam: nec rectè à Capitolino Clodium Balbinum vocari, nata hant dubiè de Cælio voce corrupta Clodij: Ridiculè verò Orosius lib. vij. qui fratres fuisse scribit, eum aliter nobilis; ignobilis alter fuerit, Capitol. auctore.*

Aquila obsidione] *Credo Aquileiæ leg. ex Capitolini 17 Maximinis.*

Gordiani filium] *Contra omnes & Græcos Augg. scriptores, qui tres Gordianos agnoscant, ut Gordiani filium*
olvi. an.

xlvi. annos agentem. cet. Capitol.

Lustræ certamine, quod Nero] *Tranq. Nerone* instituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco triplex, Musicum, Gymnicum, Equestre: quod appellauit *Neronia. cap. xij. & Vitellio cap. iv. Tacitus* Ludicrum quinquennale in morem certaminis vocat. Idem *Suet. Neroneum agona Neron. c. xi. xxi. & xxij. & Tacitus xiv. Annal. instituisse referunt. Aur. Victor sup. pfallere per cætus, Græcorum inuento in certamen coronæ cæpit.*

Iani edes quas Marcus] *A. V. C. Iccccxci iii. Prætextato & Attico Coss. Gordianus* aperto Iano gemino, quod signum erat indicti belli, profectus est contra Persas ingenti exercitu. *Iul. Capitolinus Gord. Iuniore & Cassiodorus. Ducta uxore Tranquillina, Eutropius lib. ix. quem etiam auctorem laudat Orosius c. xix. libri vij.* Admodum puer, inquit, in orientem ad bellum Parthicum profecturus, sicut *Eutropius* scribit, Iani portas aperuit: quas vtrum post *Vespasianum & Titum* aliquis clausit, neminem scripsisse memini: tamen eas ab ipso *Vespasiano* post annum apertas *Corn. Tacitus* prodit. *Taciti locus hodie, quod sciã, non exstat.*

- 28 Centesimo Consule] *Melius, vt edendum curauit, Centesimus: respondet enim frequentatus, si Latine intellego: nisi ἀπὸ τοῦ centesimus exaudias.* Mirum profectò & millesimo anno *Philippus A. A. Coss.* fuisse. Similis de anno centesimo sine ludis celebrato querella apud *Zosimum* historia noua lib. 11. ab initio, quem legisse delectabimur. *Philippus autem & S. alia Coss. fuere anno c1001. post v. c. si Fasti consulares non fallunt, triennio ante Constantij Aug. consulatum quintum.* De bestijs verò quas exhibuit *Philippus, lege Capitolinum extr. Gordiano Iuniore.*

Solutionē posteriorū] *dissolutionē, mores dissolutos & effeminatos significat.* Post frustratum puto diuidendū in frustratum iri, pro, tum frustra iri astimans, cui alterum tum quia respondeat: nihil tamen pronuncio. Ita contrā,

trà, pro-merito in vnam dict. coalescere debere per ùq̄ existimo, vt ea forma dicatur qua Pro-consule, Pro-prætore: designetq̄, puerum meritorium, vt conijcio: neque enim legere alibi memini. Eruditiores velim de hoc loco arbitrentur.

Veruntamen manet) *Notare videtur execrandum & infandum flagitium sua tempestate durasse. Puto non desore qui verum tamen diuisis dict. pronunciamdum censcat.*

Pudore amisso, tamen fortunatus] *Distingue potius pudore amisso tamen, fortunatus quis esse potest: Et interrog. offeratur q. d. nullus. De pudore auctor noster quadam sup. Nerone.*

Ora] *Pro, capite dixit, vt & alibi Capitolinus; locus tamen non occurrit. Sic post paullo Nobilitas pro Senatu & Patribus accipitur, vt & sup. Gordiano filio, & inf. Gallieno, opponiturq̄ militibus & cohortibus prætorijs. Mox paruum videri malim quàm parum.*

Iul. Valens] *Licinianus, vulgata Epitoma editio.*

Gallo Hostilianoq̄] *unum eundemq̄, facit Eutropius 30 lib. ix.*

Pestilentia oritur] *Qua sola Imperium nobilitatum Eutrop. Oros. Vide qua ad Epitomam notauim.*

Biennio profecit] *An biennium præfuit? Sic videtur. 31 Deinceps cum eum proceres. Excusa editio quatuor menses: noster tres.*

Qui cōtractu vndique] *Contracti, vt legatur auctor sim.*

Militiam sequebantur] *ad vnum Valerianum pertinet. 32 lege igitur meo periculo sequebatur: deinde ad uita ætate pro ætate. Non illud celabo lectorem, Illicinio Valeriano, pro Licinio scriptum fuisse. inf. rursus glossema, quia locum reddit impeditum, stylo verso expungendum.*

Ingebum] *Ingenium Trebellius Pollio & Eutropius li. 33 ix. quorum hic Trebellianum vocat, quem Regallianum noster, qui & Regillianus alyis est. Pannonos scriptum erat in vet. lib. vnde vel Pannonios, vel Pannonas effici queat.*

Liberè progressi] *Quid si pergressi? à qua voce etas illa non abhorruit. In m. s. Trachia ferè scribitur aspirat. in secūdam syllabam tralata.*

Latrones] *Syri. Vopiscus Aureliano: mulier verò Zenobia Odenati vxor, qua de Pollio in Tyrannis.*

Alemanno-

Alemannorum vi, tunc æque] *Oliuarius* hac à superiori-
bis interpunctione seiungenda monuit, & sic concipienda: A-
lemannorum tunc equi Italiam, Francorum gentes direpta
Gallia Hispaniam possiderent. (nam in vet. possiderunt, nō
rectè) deletq; illud vi. Sup. certè in Caracalla Alemannorū
gentem populosam, ex equo mirificè, ut hodieq; (nam pedita-
tus inutilis) pugnantem laudat. qui locus facit coniectura
Oliuariana confirmanda. De his toridem pane verbis Eutrop.
lib. ix. Alamanni, inquit, vastatis Gallijs in Italiam irrupe-
runt; Germani vsque ad Hispanias penetrauerunt, &
ciuitatem nobilem Tarraconem expugnauerunt. Ergo
ijdem olim Franci qui Germani. De Alemannis verò in
presens hoc monebo: Alamannos prima vocali in secunda syl-
laba ferè in antiq. lib. scribi: hodie verò Alemannos, & Galli-
ca lingua Allemans, quod nobis sonat; quasi omnium horarū
homines. Olim iustius Germani à fide integritateq; dicti, qua
præcipuè in sacramento militari præstanda est. De his sic A-
gathias Græcus lib. i. Historiarū Latine loquens: Alemanni,
Afinio Quadrato viro Italicensi fides habenda est, qui res
Germanorū diligenter perscripsit, aduēticij sunt, & ex varia
hominū colluione: quod sanè eorū cognomēto præfertur.

Perfin vsque] *Vetusta lectio, unde diuisis dictionibus Cl.*
Puteanus & Nic. Faber pars in vsque Africam leg. persuasit,
nota transpositione. Oliuarius propius vestigia scriptura ve-
teris, per linus vsque Africam permearent: Illud tamè malo.

Pestilentia grassabatur] *dictum videtur pro vastabat vel,*
populabatur. nouè. Legendis. Pollio de hac lue & strage. Sup.
uentis vndique. corruptus ibi. falsa interpolatione m. f.

Lenonum ac vinariorum] *forè mimorum. hos enim con-*
iungit Trebellius Pollio Salonino. Semper, inquit, noctibus
popinas dicitur frequentasse, & cū lenonibus, mimis, scur-
risq; vixisse. Emendandus & in hac voce Suetonius de Il-
lustr. Gramm. in Melisso: Libellos ineptiarum qui nunc io-
corum scribuntur, instituit absoluitq; centum & quin-
quaginta: quibus & alios diuersos postea addidit. In m. f.
est. quibus & animos diuersi operis addidit. fortè leg. mi-
mos diuersi operis. Et in Capitolini Maximinis legitur mi-
mus scurra in omnibus editis, reponere mimus, scurra.

Pipæ nomine] *Pipara vocatur Polioni, ex quo & Lol-*
 liani

liani bello, leg. non, ut est in vet. exemplo, Leliani belli. Qui hic Germanorum rex Attalus. Marcomannorum est in vulgata edit.

Mogunciatorum] Restituo Moguntiacorum. Aliam porò causam reddit Pollio, Tyrannis; occisum nimirum à militibus suis Postumum, quòd nimio eos labore fatigaret. Pro nobis facit Eutropius.

Post biduum] triduum Pollio, sed nihil pugnant, nam tertio die interfectus. Breue, hercle, regnum; quantus ferè Consulatus Caniniy Rebili, de quo Ciceronis iocus apud Macrobium lib. II. cap. III. S aturnaliorum. & Tacitus III. hist. Suetonius Casare lxxvi. c. & Nerone xv.

Actitiani coniugem] Mox duplici tr Actitianum nuncupat, & addendum esset actuarij, nisi post a portè diceret. Corruptus hodieq; & Eutropius lib. ix. Agrippinæ occisus est a cturio quodam machinante dolum, imperij sui anno secundo. lege, me auctore, actuario quodam, Pollione calculum addente, vel Attiliano quodam, nam in m. s. Eutropij Authoriano repperi.

Actuariorum] Actuarij ydem qui Notarij: inde dicti, quòd acta notis exciperent. l. Actuarij, & l. pan. C. de erog. mil. anno. De his Titulus lib. xij. Cod extr. De numerarijs & Actuarijs & chartularijs & adiutoribus. Sueton. Casare lv. c. Orationem pro Q. Metello non immeritò Augustus existimat magis ab actuarijs exceptam, male subsequentibus verba dicentis.

Victoria] Matrona nomen proprium, qua & Victorina Pollioni: Mater Castrorum appellata est, & Augustæ nomine affecta.

Qua causa] Ita scriptum fortè quo casu, leg. Aurelianus hic postea Imp. effectus. Inf. librarius malè, Aurelij pontem scripserat, qui ab auctore Aureolus est dictus, etiã in Breuiario hæcenus edito: & Mediolanū cogit malim quã coëgit.

Improbe suadebat] videtur legendum persuadebat, sensus enim exigit.

Nocte intemperata] pro intempesta. quod non temere alibi reperias. Mox auctoris necis nec rore an quia. Si diuinare liceat, credo Victorem exarasse, auctoris necis ne errore an quia. Quanquam ne abesse potest, quod Tacito familiare esse

esse norunt, qui in eo auctore non admodum hospites sunt. Oliuarius sic concinnabat: auctoris necis errore' ne an quia: ideo Gallieni inulta cades fuit, aut quia auctor eius ignorabatur, aut quia bono publico acciderat.

Dum plerumque] *Locus lectu quàm intellectu difficilior: Rerum, inquit, vis & nominum corrupta: nam qui flagitio potior est, is si armis superior sit, tyrannos amotos, damno publico oppressos, vocat.*

Nequiquam] *Liquet iurare ita scrib. pro frustra. quomodo antiqui libri plerumque præferunt, quãuis in m. s. ne cuiquã diuissim calamo exararint. quod defendit Oliuarius, pro nullo vel à nullo. Quid si ne cuiquam pro certè ab aliquo peteretur virtus? q. d. minimè. Egregia verò laus historia, cuius veritate à maleficijs sape deterreantur improbi. Sup. aliquanti quoque dictum pro aliquot: & inf. quisque pessimuserit, pro, quisquis vel quicumque. & ante paullo, dum vrberit, vidè qui leg. censerent, vt de Roma dumtaxat intellegatur.*

Quantum conijciatur] *Præstare auisim fuisse conijcitur, hoc est, hominum iudicio. Ceterum Opimos mortalium vocare videtur è quorum corpore Imperator legi solet, & unde status Optimatum Roma constituebatur; qui Græcorum Aristocratia respondet, post paullo Optimos nobilium vocat.*

In Curiam perduci] *perducto, Io. Oliuarius auferendi causa, & fortasse ad auctoris sensum accommodatè.*

Nouem annorum] *Gallienus post patrem Valerianum solus imperium obtinuit annos nouem. Eutrop. ix lib. cum patre Valeriano sex. Treb. Pollio. Quindècim igitur annis regnauit; cum patre septem, & solus octo annis imperauit, vixit quinquaginta, inquit vulgata Epitoma.*

34 Perdita res subiungunt] *Non assequor, nec concoquere hoc possum. Reposui parua facta immutatione, subigunt vocem Plautinam: & mox patientis, generandi casu, quamuis accusandi scriptus liber: pertinetq; ad rō Claudij.*

Is qui esse videbatur] *Pomponius Bassus, vulgata Epitoma.*

Vitam R. P. dono dedit] *Vt Codrus Atheniensis & Decij Romani qui se pro Repub. deuotarunt. Cicero. Eutropio autē hic morbo absumentus est.*

Corporiſque acceptior] *Asteriscos poſui. locus enim deploratus, quem ſine alterius m. ſ. opē in integrum reſtitui poſſe deſpero. Ab ingenio lacunam explorare nolui: periculosa enim diuinationo Deſunt certē verſus aliquot de initio imperij Aureliani, & fortē etiam de Quinctilio Claudij fratris paucis à regno diebus interemto.*

Prodito ipſo Duce] *Iurare liquet proditore ſcripſiſſe 35 Aurelium in Aureliano, flagitante historia veritate apud Trebellium Pollionem Tyrannis, & Flauium Vopiscum Aureliano, & Eutropium lib. ix. vsus autem tumultuantibus militibus in litteris hoc Virgiliano lib. vi. Aeneid.*

Eripe me his inuicte malis---

Post Celsum biennij Imperij] *Quis hic Celsus ſit quaro: nec me fugit de triginta Tyrannis Celsum viceſimum octauū à Pollione collocari: atqui in Africa, non vt Tetricus in Gallia imperium inuaſit. Quare in mentem venit leg. Ipſe poſt Celsum biennij imperium: vt ſublimitatem & ſummā poteſtatem intellegas Celsum imperium: qua familiaris eius aetatis formula eſt. Tetricus enim ſenior in Gallia imperiū occupauerat, tenuitq; per annos duos. Epitoma impreſſa.*

Correcturam Lucaniae] *Sic & Vopiſcus Aureliano; Trebellius verò Tyrannis, Correctorem totius Italia factū ſcribit, id eſt Campania, Samnij, Lucania, Brutiorum, Apulia, Calabria, Etruria, atque Umbria, Piceni & Flaminia, omniſq; annonaria regionis. Inf. Diocletiano, Venetiae correctura. De Correctoribus, qui aliquam prouincia partem regendam ſuſceperant vide Caſſiodorum lib. iij. Variarum, qui nūc doctōrū hominum opera integrior prodijt. Mox Senatorium legi poſſet quisque ſyllabus, & cooptrauit poſitum pro impetrauit. Vopiſcus non Senatu motum, ſed relictum ſilium ait.*

Felicitati, rationali] *Sic Eutrop. Ei ſiſci procurationē mandataſ Vopiſcus ſcribit, appellatumq; ſeruorum vltimum in Epift. ad Vlpium patrem, vbi neſcio quos Monetarios cōmentus eſt Io. Bapt. Egnatius, quem & Eutropius, & Victor noſter reſellunt: nam de nummaria nota diſertim vterq; & ſudas voce Μονηλατοι, vbi & Feliciffimi huius infeliciffimi exitus meminit.*

meminit. vide Const. Imp. lib. xi. Cod. tit. de Murilegulis & gynaciaris & procuratoribus. Et lib. ix. tit. de falsa moneta.

Laxiore ambitu circumsepsit] ut quinquaginta prope millia murorum eius ambitus teneant. Fl. Vopiscus qui de his omnibus copiosè.

Prospectauit] Distribuisse etiam carnem suillam & sua etiannū atate durasse Vopiscus auctor, qui & delatores Quadruplatoribus addit: quem lector cum his Victorianis componet, & tanquam cum Bitho Bacchium committet. Asconius Verrina III. Quadruplatores, Accusatores siue delatores criminum publicorum sub pœna quadrupli: siue quod ipsi ex damnatorum bonis quos accusauerant, quartam partem consequebantur. Eadem ille in diuinatione Ciceronis. Plautus Persa, ubi quadruplator quempiam iniexit manum.

Ad gratiæ morem] Adulterata lectio: quare res sibi suas habere iubeo ademptis clauibus. Repono inuito man. s. ad Græciæ morem. id est Atheniensium. Significat enim totiens decantatam legem ἀμνησίας, Atheniensibus primum Thrasymbulo auctore usurpatā, de qua M. Tullius Philippica. quem Cic. locū hic Vopiscus & Orosius li. ii. cap. xvij. & li. viij. e. vi. laudant, & M. Velleius Paterculus li. ii. Et illud, inquit, decreti Atheniensium, celeberrimi exemplū relatū à Cicerone obliuionis præteritarum rerum decreto Patrum decretum est. Plutarchus Polit. τὸ τῆς ἀμνησίας ψήφισμα scitum illud Atheniensium vocat. Subscribo igitur sententiæ Fr. Fabricij eruditissimi viri: vehementer falli eos qui in Cicerone ἀμνησιασίου pro ἀμνησίας substituerunt. lege Val. Max. lib. iij. cap. i. Corn. Nepotē Thrasymbulo, & Xenoph. lib. ii. ἐλλωκίων. Iustinum lib. v.

Immaturè quantum spectabatur] puto leg. sectabatur, vel potius insectabatur, omiſsa præpositione à librario in præcedenti voce quātum absumta. Fures prouinciales repetundarum ac peculatus reos ultra militarem modum est persecutus, ut eos ingentibus supplicijs cruciatibusque puniret. Vopiscus. ubi noster, contra militarium morem legisse videtur.

Ministri scelere] Oliuarius Mnesthei leg. censebat. & sanè Mnestheus à Flauio Vopisco appellatur, notarius secretorū: qui breue nominum conscripserit & manu Mucaporis interficiendum

ficiendum curavit apud Cænophrurium (sic enim imprimitur) mansionem inter Heracleam & Byzantium. In Ant. Schoonhouij viri diligentissimi Eutropio Zenophrurium ex m. ff. reperias.

Omissio Principe] *pro, amisso, ut aliàs saepe, num. xi. Inf. contra amisso posuit pro omisso, nisi mendosus liber, num. xxxvij. sic & retracto pro detracto, alibi; nisi fortè scriba culpa quam prestare non debeo, acciderit. Mox dilegerent malo ex S ex. Pompeio lib. iv. de verb signific.*

Ipsorum potissimum conuenire munus] *Olet glossam rō conuenire: delere tamen aut obliterare non ausim sine libris. Post electionem vel legendi ius credo scripsisse non legiones: & statim certabatur.*

Simulata dubijs] *Fuit cū diuinarem leg. simul & dubijs. videbam enim facile aliquid corruptum, referendūq; ad Aurelianum, non ad necis. Latine enim dixisse oportuit, ut necis suæ auctoribus, nisi solæcismum facere voluerit. post tamen subiit Victorē fortè declinasse neces nominādi casu, pro nex, ἀπραικός. Quod si verū esse persuadeo, simulata rectè habet significatq; sparsum quasi de morte illius rumorē, ut dubij deposita persona qua tegebantur, cognosci queant. Inf. malim præcipue docuit: repetita enim præced vocis littera videtur. Pro nequeat malè in m. s. neque: quod mendū ex compendijs natum quis non videt? fortè repererat nequit. Tacitum autem Corn. prudentiss. scriptorem est imitatus, ut verba propè appendere voluisse videatur: Sic enim ille de Vespasiano 111. Annali, re alius propter elegantiam à nobis repetita: præcipuus astricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuq; obsequium inde in Principem, & æmulandi amor, validior quàm pœna ex legibus & metus: nisi fortè rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices; ita morum vertantur: nec omnia apud priores meliora; sed nostra quoque ætas multa laudis & artium imiranda posteris tulit. Reliqua luxta & mutila. De rerum omnium conuersione disputat eleganter Pythagoras apud Ouid. lib. xv. Transformat. ubi πει μίτην ψυχάσεως nihil est toto quod perftet in orbe. Cuncta fluunt. cet. mitto & Platonium annum Magnum.*

Legendi

36 Legendi ius Principis] *De contentione Senatus & militum, & de sententia Taciti Imp. Vopiscus Aureliano: de interregno Aureliani cadem secuto idem initio Taciti.*

37 Retentata] *Sic vet. pro retenta. Sup. quoque Tarsum absque spiritu. Vopiscum autem sequitur, nam Tarxi mortuū Tacitum auctor vulgata Epitoma.*

Vt ille oleis] ita reposui; nam m. s. vt ille vtile olei, corruptè altera voce repetita. Ne quis autem in Italia nouellet cauit Domitianus. Sueton. c. vii. & causam alibi reddidit Philostratus. De oleis quoque vide quedam in Alex. Seueri Læpridij. Mox fortè melius ductoribus quàm doctoribus, & ab exercitu.

Saturnino] *Hic alius ab eo qui Gallieni temporibus Imperium inuasit: dux fuit limitis orientalis, quo de Fl. Vopiscus: de altero Treb. Pollio, hunc verò Bonolum natum dicebat Aurelianus vt biberet, non vt viueret. Vopiscus Bonoso & Probo.*

Paullo cis sextum annum] *Eutropius addit menses quatuor.*

Amisso Gallieni edicto] *pro omisso. vt ante contrà usurpare diximus. Edicto, quo vetabantur militare Patres sup. Mox pro maius putant, magis substitue.*

Palustri solo] *Paludes pleraque siccauit, arque in his segetes agrosque constituit, Vopisc.*

38 Augusto habitu] *omissum fortè induitur, vel simile: mutila aliqui oratio. Post lege opportuna inuaserat accusandi casu, id est, sibi & finibus suis proxima. Mesopotamiam perpetuò scribit per N vet. cod. Mox inconsulta per diphthongum idem.*

Numeriano comitatu] *aut generandi casu Numeriani, aut comitatus leg. uidetur.*

Pergit protinus] *Quid si protenus scripserit? quomodo vet. litteratores aduerbium loci distinguunt.*

Urbem Parthiæ] *Per sarum. De Ctesiphontæ urbis fato Vopiscus Caro extremo & Pomp. Latius in Dioclet. Post futuri notio perflua m. s. deprauatè, pra superflua. Elegans de diuinatione sententia, qua de eodem modo Cicero & Ammianus lib. xxi. initio.*

Apri Præfecti] *Corruptus & hic vet. codex. A præfecti*

omissa altera syllaba, quod sequens dictio ab iisdem elementis inchoaret. Dicitur autem Arius Aper Vopisco, Numeriano, qui & de apro fatali multa.

Quis casum derulit] quibus Apri insidijs causam & occasionem derulit Numeriani oculorum dolor.

Specie ægre vëto] edendū curavi specie egri; ne vëto, verè.

Domesticos regens] Vopiscus Numeriano. Hi Comites dicitur, viri illustres Ammiano lib. xxi. & xxvi. vide Tit. de domesticis protectorib. xij. Codic. Suda ὀκτωαροὶ ἐπαλιώται dicuntur.

Post Caligulam, post Domitianumque] veteris libri scriptura hac est, alterutra propositio delenda. Mox communem habitum supergressi dixit, pro, de priuatis facti illustres, & in omnium oculis versantes, dignitateq; præstantes. Nostrate prouerbio eleganter hac exprimuntur:

Nis niet coempt tot iet:

Vent iet hem seluen niet.

Claudianus: Asperius nihil est humili, cū surgit in altū. Spe facilius erumpentis metus] lege & interpunge, spe facilius erumpentes, motus sedatum iri. & sup. Officere. Non inferior tamen scriptam lectionem, efficere, defendi posse. Mox, ageret pro regeret positum.

Vbi Mæsam contigit, ilico Marcum iuxta] ita scriptum disertè Quidam Murgum; Margum alij in Eutropio lib. ix. impresserunt. Murtiū est in Vopisci Carino: qui & occubuisse ait victum à Domitiano, quicum antea multis prælijs feliciter conflixerat.

Libidine impatiens militarium multas affectabant] Alit. libidinis. loquitur de vno Carino qui matrimonia militū corrumpebat, vt Eutropius ait. Emenda igitur nuptias affectabat, vel quod propius à veteri scriptura abest, mulieres affectabatur: Assentietur facilè qui litterarum ductus considerabit vet lectionis, multas affectabant. Repererat fortè librarius noster muli. affectabatur. vt & mox quare vel quare infestiores viri. in quo nihil demuto.

Ad exercitum contione] Emendo manu ducente Vopisco & Eutropio, Tunc habita est ingens contio. Is prima militum contione: nam conditione m. s. deprauatè turbante librarium.

brarium antiqua scribend. forma contione per Tau. quare misso repudij libello, lectionis illius conditione non utar.

Adolescens bonus facundusque] Numerianus, Vopiscus initio. Aristobulus autem eodem anno Consul cum Dioclesiano.

Helianum] Aelianus eidem Eutropio est.

Bagauda incola] *lectio vetus.* Bagaudas vocat Eutropius extremo lib. ix. Orosius lib. vij. c. xxv. Vacaudas: Baccharida in Eusebij Chronicis reperiuntur. Sed hac quia diligentissime Vinetus ad Eutropium notavit, laborè nobis ademit, neque necesse habeo repetere: quibus adde Vargos Arvernia dictos indigenas latrunculos, auctor Sidonius lib. vi. epist. iij.

Herculei] *ita vetus liber, ab Hercule, quem religiosè colebat, mox tamen Herculus scriptum, & Iouium pro Iouij positum, sed casuum cõmutatio, ut supra proximè, & in Domitiano non infrequens auctori nostro.*

Corausius] Carausius Eutropio per primam vocalem, & Carausio nominandi casu vulgata editioni.

Propullandis Germanis] Francis & Saxonibus, idem Eutropius: cum apud Bononiam, inquit, per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepisset, quod Franci & Saxones infestabant, multis Barbaris sæpe captis, unde conijcio mox leg. cum non parum multos, vel potius cum Barbarorum multos è vestigijs scriptura veteris odoratus hanc lectionem: barum enim præfert. Muto tamen sententiam cum eiusdem hac lego, consulto admittebantur ab eo Barbari cum transeuntes cum præda exciperet, atque ita se ditaret. Sed in hac sibi quisque pro arbitrio suo per me licere existimet.

Quinquegentanæ nationes] Africam Quinquegentiani infestabant. Narseus Orienti bellum inferebat. Eutrop. Oros. In illo tamen *μνημονίων ἀναπρῆνα* deprehendas, qui in Oriente Achilleum bellum mouisse ait; mox verò subiungit, Narseus Orienti bellum inferebat. fortè leg. In meridie, pro, in Oriente. Pomponius Latius Gentianos illos vocat, quos fuisse quinquagenarios & supra eum numerum auctor est.

Prior Herc. priuignam] *Theodoram; Galerius Diocletiani filiam Valeriam. Eutrop. Vulg. Epitoma.*

Vt in Nerone Tib.] *Tranquillus Augusto c. lxiij. & Tiberio vij.*

Institutio fuit] *Melius fortè instituto vel institutione auferendi casu utrumque: Imperatores autem Aurelianus Probusq; ante Carum & Tacitum fuere.*

Quasi partito imperio] *Ita leg. diuinaui, quamuis compendio scriptum esset q;. Mox pro moderataq; fortè moderateq;. Inf. rursum ita distinguendum videtur. In perniciè processit his tempestatibus. Interim Iouio. Et mox, postque iussis ac munimento leg. videtur.*

Sexennio post] *post seipennium Eutrop. lib. ix. extr. Allectus autem triennium Britanniam tenuit: qui ductu Asclepiodori Praefecti pratorio est oppressus. Ita Britannia decimo anno recepta.*

Martis formidine] *mortis leg.*

Carporum natio] *Carpis & Basternis subactis, Sarmatis victis, quarum nationum ingentes captiuorum copias in Romanis sinibus locauerunt. Eutrop.*

Fruementarij; Agentes rerum] *De his rursum, Tit. De Agentibus in rebus; Lib. xij. ad quem vide quæ Tac. Cuiacius I. C. princeps annotauit, & Adr. Turnebus lib. xiiij. Aduersariorum cap. x. D. Hieronymus in 1. ca. Amos xpoçoçopes lxx. interpretum frumentarios vertit. de quibus quædam etiã in Aely Spartiani Hadriano. Glossarium vetus quod apud Cl. Puteanum vidi, illos Mayis piavus vocat.*

Equi fortè] *ita scripsit Victor. Mendosè in vet. l. hæc qui. Rursus inf. inermis pro in armis reponendum videtur, & mox fortè excellentis naturæ.*

Posteriorq; in quæ Iouius] *Ita scriptum repperi. Horridus sermo. quid si sic locus concipiatur? priori Italia, posteriori quæ Iouius obtinuerat, destinantur. Nihil pronuncios coniectura tantùm mea.* 40

Constantius] *scribe Constantinus ex Epit. vulg. ut contra pag sequ. memoria mea Constantinum, ubi Constantium leg. contendit Nic. Faber.*

Ad vi-

Ad vicem obfidis] *pro, obfidis loco. Sic enim leg. censui; nõ ad ducem; quamuis in m. s. compareat, ex quo nihil fuit elice- re. Sic sup. Hadriano, cum voluntarium ad vicem magi poposcissent.*

Vitæ vltima agebant] *pro vrgebant, codex m. s. vulgata editio: ijdem diebus Constantinum parentem fata vltima perurgebant.*

Retractante] *pro, detractante. familiare auctori nostro, vt Adhuc pro Adhæc. & sanè procliuius error littera vnius, nisi constanter ita scriptum esset.*

Perfarum Regi Cyro] *Xenophon. φῦναι δὲ κῦρ⊙ λέγεται καὶ ἄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, εἰδ⊙ μὲν κάλλισ⊙, ψυχὴν δὲ φιλοκροτότατ⊙ καὶ φιλομαθέστατ⊙, ὡς πάντας μὲν πόρον ἀνατλήναι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομείναι, τῷ ἰπαι- νεῖαχ' ἔνεκα.*

Gloriæ studio] *repono. Nam m. s. gloriã corruptè; nisi glo- riarum quis malit. Et mox, Rufius Volusianus idẽ mendosè.*

Nihilo segnius] *Iurare liquet, nihilo sequius scripsisse Aurelium pro nihilominus, vel non minus bene. Linius lib. 2. Inuitus, quod sequius sit, de meis ciuibus loquor. pro, minus bonum.*

Iure tandem] *lege tamen: ex compendijs natum mendum.*

Numerum specie] *fortè munerum, quod propius ad scri- ptura veteris vestigia accedit, quàm Numinu. Sed si mu- nerum, quomodo primus? Iussere multis retro seculis Augu- stus, Caligula, alij, vt strenæ Kal. Ianuarijs sibi offerrentur. Suetonius Octauio cap. lvij. Calig. xlij. ἐπιχω igitur. Mox optiora pro aptiora malè in v. l. & inf. vi manet, deinde in Italiam geruntur.*

Constantina] *Alij Constantiam à Constantio Casare. Dictum & Nicephorium, quod ab Alexandro Magno con- ditore insigni victoria ibi parta illustris esset. P. Linius, Stra- bo, S. Stephanus. Templi Iouis Nicephorij mentio apud Spar- tianum Adriano. Nisibena Constantina vocatur in libro qui inscribitur Notitia Prouinc. Strabo verò κύπρα per v scriptum habet. Virta ab Alex. quoque conditum opidium no- minatur à Marcellino lib. xx.*

41 Præter admodū magna cetera] *Fœdatus locus. ita pur- gandus: illi præter modum magna cetera, vel forte, illi præter*

præter modum magnificentia; huic parsimonia, qua *Aduersa sunt Dialecticis De Magnificentia vide qua notauit ad Nepotis fragm. in Attici vitam.*

Vetus veter.] An teterrimumque? sed nõ est insolens id ætatis auctoribus quasi per Correctionem rem repetendo intendere. pro, etiam veterrimum. Ceterum de crucis supplicio à Constantino sublato Zozomenus lib. i. c. viij. Ecclesiast. historia, Nicephorus lib. vij. cap. xlvi. & l. ult. Cod. Theodos. de paga. sacrif. & templ. De cruribus suffringendis, Cicero in Antonianis & pro Sex. Roscio.

Affinitatis gratia resecti consortium] emendaui recepti consortio, & mox cooptato, pro quo m. s. coaptato.

Martiniano] Officiorum magister. Epitoma vulg. nu. 59.

Demens capelluerat] vetus lectio compescuerat, mendose. Post paullo fortè legendum formandisque religionibus.

Bellum irumpere acceperat] Quid si occæperat? & mox delenda præpositio ad, superat enim repetita fortè eadem dictione. De Cometis quadam ad editionem vulg. Vespasiano.

Qua res superiores] Locus spurcè contaminatus. Ita scripsit Victor quas res scil. præbitiones, superiores Tripolitani cui S euerø obrulerant: erat enim Lepti oriundus. S up. Nisi fortè manus quorum superiores Tripolitani videl.

Hipparchus] Nicaus astrologus: scripsit in Arati & Eudoxi Phenomena, & de syntaxi stellarum fixarum. vide Suedam & Seruiũ in primum Georg. Virgilij. Laudat sape Plinius in Nat. hist.

Alteros M. Boionius] ubi Ceionius quidam malunt, non sequor. Deinceps: gratiam muneris germana lectio, vt opinor, non muneribus, & mox seuerius repressæ repugnante libro excudi iusseram. si opera imperium accepissent.

Ni parum dignis] Constanti hoc tribuit vulg. Epitoma num. 63. non Constantino patri.

Vetranio] vetus liber. Eutropio & Ammiano Veteranio pentasyllabus est: illum lib. x. extr. hunc xv. lege. Iisdem Potentianus est qui inf. Nepotianus.

Facundiæ vi] Ita scrib. Vetus malè facundi æui, vt & 42 mox dicendi copiam restare, nam præstare, rectū est. Magna sane laus Eloquentia.

Bustorum modo] lego. nam vitiosus etiam hac in parte lib. cala-

lib. calamo exaratus. Ad sepulcra principum virorum gladiatorum paria à lanistis committi & ad mutuam necem depugnare solere nemo ignorat, nisi hospes admodum in litteris. Mox pro Magnianis licet in m. s. comparet, repono Magnentianis: nec enim opera dicto audientes sunt.

Ob sæuitiam] scenicum atque animum trucem erat in vet. cod. quod sequetur qui probabit. De Siluano autem Ammian. lib. xv.

Pedestre ad magisterium] Sup. paullo Vetrano pedestri magisterio milites curat. Is erat qui pedestris militia Restor & magister peditū. Qualis olim erat & Magister equitū.

Gallos natura præcipites] Gentem inquietam, quæq; constantem Principem requirat, notat Vopiscus Saturnino & Caro. Trebellius Pollio initio Gallienorum. Obiectam Gallis leuitatem refellere conatur Io. Bodinus Methodi histor. cap. v.

43 Magno decore] Locus postulat dedecore, nisi aliter interpungas. post præstitisse vel potius restituendo leg. Mox, orandi genere. scriptum deprauatè, pro orandi, Ammiano auctore & Epitoma num. 66.

Clarius] Ita vetus liber. quid si præclarius, quod tñ atrox opponi queat? sed illa non inusitata id atatis script. loquendi forma, pro, melius, humanius.

INDEX RERVM MAXIME MEMORABILIVM IN HISTORIA AVGVSTA, ET NOTIS AND. SCHOTTI.

Numerus respondet Imp. numero ad oram adscripto.

A Bsq̄ue, rata significatione, pro ex-		Druidæ sacerdotes Galliarum	4.
cepto, numero	1 & 3.	Elagabalus nefandalibido	23.
Actuarij	33.	Eleusina	14.
Adhuc pro adhæc, 1 & sæpius.		Eloquentiæ laus	42.
Aegyptiasacra	21.	Eutropiusemendatus	33. 39. Not.
Agarrus vel Abagarus rex	20.	Exedra	2.
Agentes rerum	39.	Faustina conditiones nauticas quære-	16.
Alagabalilibido	23.	bat	16.
Allemani unde dicti	33.	Fisci patrocinium	20.
<i>Alphensiac</i> lex Atheniensium	35.	Forum Peruii & Transtotium	12.
Antonini cognomentum	20.	Fortunata R. P. in quibus Philos. impe-	15.
Antoninus cur Pius dictus	14.	rent	3.
Antinous Adriano in delicijs	14.	Fortuna in rebus humanis	30.
Antiochiæ terræmotus	13.	Fruentarij	30.
Atrius Aper	38.	Galli natura præcipites	42.
Arce & Arcena vrbs	24.	Germani iidem qui Franci	39. Notis.
Athenæum quid	14.	Germaniciani exercitus	8.
Bagaudæ latrones	39.	Græci historici mirè amplificantes	3.
Betriacensis clades	7.	Habitus communis, pro, vita priuata	39.
In Britannia murus ductus	20.	Heraclius	39.
Brutus reges Roma exegit.	3.	Hipparchus Astrologus Nicæus	41.
Capitolium conflagrauit	8.	Iazygæ	13. Not.
Caput non pedes imperare	20.	Ianiædes aperta	27.
Caracalla unde dictus	20.	Ingebus seu Ingenuus	133.
Carpo	39.	Inicia Cereris & Liberæ	14.
Cælius Balbinus	26.	Insula emerfit	4.
Celsum imperium	35.	Iulianus Didius & Saluius dictus	19.
Ciuitas promiscuè data	16.	Iul. Capitolinus emendatus	33. Not.
Ciceronis lectio defensa	35. Not.	Ius legendi Principis penes milites	36.
Clodius Pupienus	26.	Labes, pro clade	9.
Cœnostrurium iuxta Heracleam	35.	Liberum sing. numero pro filio	26.
Commodus Imp. gladiatorio animo	17.	Ludi sæculares	28.
à palæstrita strangulatus.	17.	Lustri certamen Neronia	27.
Conchas & umbilicos legit Caligula	3.	Marius vterque faber	33.
Conchæ lumina Nympharum	3.	Magnus auunculus quis	1.
Constantina vrbs	40.	M. Aurelij sepulcrum	20.
Corauius	39.	M. Boionianus Ceionius	16.
Correctores	35.	Menses Imp. nomine dicti	11.
Crucis supple.	41.	Mergius	39.
Ctesiphon	8.	Methodeus & Odeum	13.
		Mnestheus	35.
			33.
			35.
			3. 39.
			nit
			20.
			5.

INDEX.

Neronia quæ	27.	Retradare pro detractare	40.
Nicephorium opidum	40.	Rerum vicisitudo & commutatio	36.
Nicomedia terræ motu collapsa	16.	Rex Marcomannus	16.
Nouerca impudica, si libet, licet	21.	Repudium vxorum	39.
Nox intemperata, pro intempesta	33.	Saturninus	37.
Obtentui flagitijs	2.	Sardonij	13.
Obtinere, rara signif.	2. Not.	Serapium & Iſium	24.
Olea & vites	37. 41	Sequius	40. Not.
Omissio pro amissione	11. 35. 37.	Sicila vrbs	24.
Optimi mortaliû, pro Optimatibus	33.	Suetonius emendatus	33. Not.
Papiniani I. C. mors	20.	Sura Traiani familiaris	13.
Parricidiû facilius fieri quâ defendi	20.	Syri latrones	33.
Pertinax vnde dictus	20.	Tacfarinas	2.
Pestilentia ingens	30. 33.	Tarfus	17.
Pharnax	2.	Thermæ Antoninianæ	21.
Philosophi quâti M. Aureliû fecerint	16.	Tisdrum opidum	26.
Pipa & Pipara	33.	Tranquillina vxor Gordiani.	27. Not.
Piso Frugi Licinianus	6.	Trebellica	25.
Potestatum vices, pro, vicarijs	26.	Tyranni xxx.	33.
Præfecti Prætorio	2.	Tyrannicidæ	40.
Primo luci, pro prima	17.	Vespasianus Magiæ deditus	9.
Protinus & Protenus	38.	Via noua Romæ	21.
Puer pro merito	28.	Victorina mater castrorum	33.
Punitus ob adulteria	39.	Vologesus rex Parthorum	9.
Quadruplatores qui	35.	Vrbs Roma ampliata	35.
Quingentanæ nationes	39.	Velliusne liberis caruisse	3.
Quinquennale certamen Neronia	27.	Vxor impudica probro matris	10.
Rationalis Felicissimus	35.	Xerxes & Artaxerxes.	24.

M E N D A.

Pag. 14. versu 9. Constitutis, lege Constitutio. P. 17. v. ult. copiosum, leg. copiosius. P. 23. v. 7. Verrio Flacco Andiate. leg. Andiate. P. 27. v. 10. in margine leg. * f. versus Saturnus.

Digo Yo Juan de Pinares que por
 los quatro años que me quedaron
 para, por sacar el firmo
 Pinares
 14-

